matrimonio natus, eius electio non valet, & electio irrita est ipso iure, vt in capit. innotuit 20. & iura citata, ibidem in glossa coniugata, Abbas num. 2. cum sequentibus, & cap. cum in cunctis 7. vbi glossa *matrimonio*, vbi Abbas num. 1. de election. l. 12. ibi glossa 1. titulo 6. part. 1. & in Concilio Tridentino, sessione 7. cap. 1. de reformatione, & in sessione 22. cap. 2. de reformatione, num. 2. ibi natalibus, & sessi on. 24. cap. 1. de reformatione ibi, & quos ex legitimo matrimonio natus, & in cap. 12. pagin. 296. & in l. 22. gloss. 4. tit. 5. part. 1. & in l. 4. tit. 15. part. 4. vbi Gregor. Frat. Manuel Rodriguez in summa, §. *beneficios*, cap. *de la legitimidad que se requiere para tener beneficios*, & plures alios videre potest in Nicolas Garcia de benefic. part. 7. cap. 2. per totum, & nos alibi iam diximus.

16 Electio quando fit de homine idiota non valet, quia propter deffectum scientiæ quis non solum repellitur ab obtinendo, sed remouetur ab Episcopatu, vt in capit. quamuis 15. in ordine, vbi iura in glossa citata, at DD. ordinar. de ætate, & qualitate, & ordine præfi. & in cap. Petrus 2. distinctione 39. & in cap. ignorantia 2. cum tot. sequentib. 38. distinction. Nauarr. tom. 2. cap. si quando exceptio 17. num. 3. de rescript. & per tot. caput illud, & in Concilio Tridentino sessione 21. cap. 6. in principio, Frat. Manuel Rodriguez in summa, §. *beneficios*, cap. 29. *de los que son incapaces*, & denique videtote plures alios citatos per Nicol. Garc. de beneficijs, part. 7. cap. 7. per totum, & in locis supra citatis, num. 15. Bernardus Diaz in praxi criminal. cap. 21. de illiteratis, vbi Salcedo.

17 Electio Episcopi facta de minori triginta annis, non valet, vt in cap. Episcopus 77. distinctione, & cum in cunctis 7. in ordine, & iura citata in gloss. ætas, & Abb. in num. 1. & in clem. 1. de ætate, & qualit. Nau. in cõs. 9 de ætate, & qualit. & in Manuali cap. 25. num. 116. Concil. Trid. sess. 23. c. 12. de reform. & in cap. 24. sess. 12. & videte plures citatos per Nicolaum de beneficijs part. 7. cap. 4. per totum, idem Concilio Tridentino sessione 7. cap. 1. Fr. Manuel Rodriguez, §. *beneficios*, cap. *de la edad que han de tener los beneficiados*, & nos in part. 1. istius praxis, lib. 1. diximus.

Si electus ingerat se administrationi ante confirmationem, non valet, vt in cap. qualiter 17. vbi iura in glossa administrationi, & in cap. nosti 9. vbi glossa confirmata, extra de electionibus, vbi DD. ordinar. & in cap. nihil in fine, vbi Innocent. & confirmatio quid sit, vnde in Parladorio in sesquicenturia, differentia 120. num. 6. & multa alia dicit Nicolao Garcia de beneficijs, part. 5. cap. 4. numer. 243. cum sequentib. & in part. 11. cap. 6. numer. 17. vbi plures alios citat. 18

Electi non valet si post publicationes votorum communis electio non sequatur, quia communis debet esse electio, siue vniuersalis, idest omnes qui in scrutinio consenserunt publicato eodem omnes vna voce, debent ipsum eligere, vel vnus de mandato aliorum, vt in cap. in Genesi 55. & in cap. quia propter 42. vbi publicent in communi, vbi iura in glosis ibidem, & Abbas num. 1. & 2. & in cap. publicato 58. extra de electionibus, & in l. 19. vbi glossa 5. & 6. num. 5. part. 1. 19

Episcopus non est eligendus ad aliam Ecclesiam, sed potius postulandus, ideo electio de Episcopo non valet, quia eligi nullo iure poterit, sed potius postulari, vt in cap. vltimo, de postulando, vbi iura in glossa, & Abbas num. 1. 4. & 5. & in cap. innotuit 20. de electionibus, vbi Abbas num. 1. & 3. Parlador. in sesquicentur. differentia 120. num. 3. & in numer. 1. dicit, quid sit postulatio per numeros 11. 20

Sed hodie super electione, & præsentatione Episcoporum in hoc Regno, vide Politica de Bobadilla lib. 2. capit. 18. num. 215. cum sequentib. ijsque ad 25. Et ego tamen dico in mea praxi Ecclesiastica p. 1. lib. 1. cap. 6. num. 1. cũ sequentib. cui te remitto. 21

Si

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

22 Si quis non professus eligitur fortasis in Priorem, seu Abbatem, electio illius non valebit, consuetudine in contrariũ non obstante, vt in cap. cum causam 27. cum gloss. & in cap. cum in magistrũ 49. cum glossa, & Abb. num. 1. & 6. & in nu. 1. 2. & 3. cum sequentib. l. 23. vbi glossa 2. & 3. tit. 5. part. 1. & in l. 9 tit. fin. part. 2. vbi gloss. 1. Cõc. Trid. sess. 14. cap. 10. & in sess. 25. cap. 16. ante reformationem.

23 Si ad secundam electionem procedit ur ante quam primam casetur, non valebit secunda electio, vt in cap. considera mus 10. vbi DD. ordin. & in cap. 1. in fin. vt litependẽte, lib. 6. vbi glos. statuimus, & in cap. bonę 36. de electione.

24 Electio quando fit per subreptionem non valet, & in cap. cum dilectus 32. vbi si per subreptionis astutiam, & in cap. cũ olim 12. ibi: cum de subreptione liquido constet de electione, & de sentent. & re iudicata, vbi notatur, quod ea quæ per subreptionem fiunt debent in irritum re uocari. Item quod contra absentem pro ceditur in his, quæ per subreptionem cõ misis, vbi DD. ordinar.

25 Electio si fiat aliquo contempto, non valet, quia contemptus vnius solius, potest electionem casare, & sic in electionibus plus nocet contemptus vnius, quã si multi præsentes cõtradicant, vt in cap. venerabilis 35. & in cap. bonę memoriæ 36. vbi Abb.

26 Electio si fiat omissa collatione, nõ valet, ex eo quod fuit peccatũ in forma, vt in ca. Cumana 50. & in 55. in Genesi, vbi DD.

27 Electio in scriptis redata mox id est incontinenti nullo actu contrario interme dio post vota quæsita publicent in com muni, aliàs facta non valebit, vt in cap. quia propter 42 vbi glossa, & DD.

28 Idem est si Papa mandat, quod fiat electio de consilio aliquorum, & eius exclusis fiat, non valebit cum effectu.

29 Si aliquis fiat Monachus habẽs spem, vt eligatur in Abbatem, non valebit, vt in cap. cum laicos, vbi gloss. spem 16. q. 7. & in cap. cum ad nostram 37. vbi glos. & DD. extra de electionib.

Quando cõmissa es simonia pro electione, etiã ignorante electo, nõ valebit dicta electio, vt in cap. si alicuius 59. vbi gloss. ratũ nõ habente, & DD. de electionib. l. 26. tit. 5. p. 1. vbi gloss. 3. & 5. & in l. 19. tit. 17. part. 1. vbi gloss. 4. 30

Electio si cõpromittatur in septimo, & tres eligũt, vnũ ex eis, & alij tres elegerint vnũ extra capitulũ, tunc valebit electio facta de illo, qui est de illo capitulo, secùs si fierit de illo qui est extra capitulũ, si tamen illo de capitulo cõsentiat electioni de se facta, vt in c. cũ in iure 33. vbi glos. Abb. & alij, Cened. in collect. ad Decretales, collect. 99. l. 20. tit. 5. p. 1. & in gloss. 13. q. 2. l. 2. tit. 15. p. 2. Curia Pisana lib. 2. cap. 10. num. 1. vbi Azeu. liter. A. n. 4. & 5. & in cap. 11. liter. A. 31

Electores si electionẽ, vel postulationẽ velint denuo innouare post casationẽ, nõ poterunt imò eligẽdi, & postulandi potestate priuantur, vt in l. gratum 2. de postulat. & in c. super eo 12. de elect. vbi gloss. Abb. & DD. 32

Metropolitan⁹, vel is, ad quẽ pertinet electionis cõfirmatio, diligenter examinet electũ, & electionis processum, & personã electi, vt cũ omnia cõcurrerint rite, munus ei cõfirmationis impẽdat; quia si secus fuerit in caute præsumptũ, nõ solũ deijciendus est in digne promotus, verũ etiã in digne promotẽs puniẽd⁹, vt in c. nihil 44. de elect. vbi gl. & Abb. l. 10. tit. 5 p. 1. vbi gl. 3. & in l. 27. vbi gl. 1. eiusd. tit. 33

Si electus de effectũ in ordinibus patiatur, nõ valet eius electio: nã ad hoc quod valeat electio tria sunt cõsiderãda in electo, videlicet, ordo, sciẽtia, & etiã tẽpus, necnõ quod sit legitimus, aliàs electio erit nulla, & deuoluitur electio ad alios licet pauciores, vt in c. dudũ 22. de electionib. ibi; vel in ordinib⁹, vel in sciẽtia, vel in ætate de effectũ, vbi gl. vbi Abb. & DD. 34

Electus si intrusus fuerit per potestatẽ secularẽ, nõ valet eius electio, vt in c. per laicos 10. q. 7. & in cap. quisquis de elect. 43. Nam in electionibus debet esse liber cosensus eligentiũ, si vero coactus 35

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nō valet, imō irrita est electio, & cōtra Ecclesiasticam libertatem, vbi glossa, & Abbas, & supra diximus.

36 Quando electio cōmittitur aliquibus per compromissū, semper debēt eligere personā idoneā, vt in c. causam. de elect. vbi gl. si tamē existat idonea, aliàs electio facta de nō idonea persona non valet, vt Abb. & DD. hic, l. 20. tit. 5. p. 1. vbi Greg.

37 Si aliqui qui non sunt de capitulo, dicāt se velle, & debere electioni interesse debēt exprimere causam, quare debeāt interesse dictæ electioni, vt in c. cōstitutus, de elect. 47. vbi gl. quo iure, & Abb. & in c. cū Ecclesia, de causa proprietat.

38 Electio secūdū quosdam vitiatur, nisi fiat in Ecclesia Cathedrali, vt in c. sicut, de elect. alij dicunt esse de consilio: nam ex honestate dicitur nō necessitate, nisi fieri commode possit, & idcirco dicitur ibi si fieri potest, vt in c. cū in terra, eod. tit. de elect. vbi gloss. atq; DD. quæ sunt 14. & 28. Did. Per. gloss. 2. pag. 154. col. 1. ad med. & de inceps l. 2. tit. 6. lib. 1. ordin.

39 Electio nō valet si indignus, vel aliàs ineligibilis eligatur, imò eligētes debent puniri, si sciēter talē eligerint, nā priuantur illa pro vice potestate eligēdi, & indignus, siue ineligibilis est, qui est interdictus, vel excōmunicatus, vel suspēsus, vel aliàs inhabilis, indignus, incapax, vel nō sufficiēs, vt c. scriptū 40. & in c. cū inter Canonicos 21. vbi Abb. & DD. hic, gloss. 1. l. 24. tit. 5. p. 1. Sylu. in verb. elect. 1. n. 15. & 16. Fr. Manuel Rodrig. in summa c. 105. *de los que no pueden ser electos.*

40 Electio si fiat sub cōditione, nō valet, vt si eligatur Titiū, si vult, vel sub alia cōditione, vt in c. in electionib. 2. de elect. lib. 6. vbi gl. cōditionalia, l. 6. vbi gl. 1. tit. 16. p. 1. D. Perez, glo. 1. pag. 410. col. 1. ad

41 fin. l. 2. 2. ti. 2. lib. 7. ordin. Idē est si electio fiat sub alternatiua, vt si fiat electio de illo,

42 vel de illo. Vel si forte fiat de incerta persona, vt si dixerint eligimus illū, quē decanus eligerit, vt in d. c. in elect. 2. de elect. lib. 6. vbi iura citata in gloss. alternatiua, & in gloss. incerta, & Azeu. in l. 2. ti. 1. lib. 5. Recop. n. 31. & rursus in l. 4. tit. 15. li. 5. n. 4. Recop. & de incertitudine in cōtractib. vide in Ioan. Gut. de iur. c. 64.

Electio nō valet, quādo illi, quibus interdictū est, nec eligat sine superioris licentia aliquem eligerint, vt in c. his quibus 60. vbi Abb. & DD.

Electio si fiat cōtra formas electionū, 43
non valeuit, sunt enim duæ formæ; vna per scrutinū; alia per cōpromissum, vt in c. quia propter, & c. cū post petitā, & c. cumana, & cap. cōgregato, extra de elect. l. 44
27. cū seqq. tit. 5. p. 1. Sylu. in summ. verb. electio 1. n. 10. & in verb 2. n. 1. cū seqq. Fr. Manuel Rodrig. in summ. §. election. cap. 101. & cap. 102.

Electio quoruncūq; superiorū, & officialiū regulariū iuxta Sacr. Concil. Trident. sess. 25. c. 6. fieri debet per vota secreta, alias electio erit nulla, & irrita, vbi Marcil. lib. 1. tit. 2. c. 18. in tit. de ætate, & 45
qualit. & Farin. in declar. Conc. Trid. Cerol. in praxi 1. p. §. in Abbatissa, & in §. electio, & in p. 2. Fr. Man. Rodr. in §. electio, c. 102. quē videto, & in quæst. regulari, tom. 2. q. 51. art. 6. & 9. Quarant. in sum. bullar. verb. *Abbatissa*, & Fr. Laur. de Portel, in dubia regulariū, §. electio, fol. 60. & in §. Abb. Prior, & Abbatissa.

CAPVT XII.

De exceptionibus, quæ opponi queunt contra procuratores, syndicos, actores, & œconomos.

SVMMARIVM.

1 *Quæ differētia versatur inter procuratorem, œconomum, syndicum, & actorem, num. 2. 3. & 4.*

5 *Si procurator, vel œconomus, vel syndicus excommunicatus fuerit de iure Canonico, non valeuit.*

6 *Procurator si sit constitutus ab excommunicatis, potest repelli.*

7 *Procurator, nisi habeat clausulam ratihabitionis, repelli quoque potest.*

8 *Procurator quamuis habeat mādatū generale, nisi habeat speciale, non potest transigere, nec componere.*

9 Pro-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

9 *Procurator pluribus in causis mandatum speciale debet habere, qui hic numerantur, num. 9. & 10.*

10 *Procurator speciale mandatum debet habere in causa suspecti tutoris, & in integrum restitutionis petendæ, n. 9.*

11 *Procurator non potest habere, vel recipere solutionem debiti, sine mandato speciali.*

12 *Procurator non potest liberare debitorem, sine speciali mandato.*

13 *Item, nec iuramentum deferre.*

14 *Coniuncta persona non admittitur sine mandato speciali, vbi requiritur.*

15 *Mandatum speciale requiritur in impetrandis litteris Papalibus.*

16 *Procurator constitutus per Episcopum, sine capitulo, non valet.*

17 *Mulier procuratrix esse non potest in iudicio, & quando sic.*

18 *Minor 25. ann. procurator esse nō potest.*

19 *Minor nequit constituere procuratorem sine authoritate tutoris.*

20 *Criminosus procurator esse non potest.*

21 *Procurator in criminali causa nequit interueniri.*

22 *Miles procurator, constitui non potest.*

23 *Procurator à procuratore constitui non potest, nisi post litem contestatam.*

24 *Procurator si constitutus fuerit a tutore, vel curatore, vel œconomo ciuitatis, non valet nisi post litē cōtestat.*

25 *Si procurator actoris noluerit cauere de rato, repelli potest.*

26 *Maritus quando pro vxore debeat admitti.*

27 *Procurator admitti non debet, nisi litera procuratoriæ aduersæ parti, vel iudici diriguntur.*

28 *Si duo procuratores dicti sunt diuersis temporibus, primus non valet.*

29 *Procurator in causa populari, quando interueniri potest.*

30 *Procuratores nequeunt esse constituti in sacris Ordinibus, vel regularis.*

31 *Seruus procurator esse non potest.*

32 *Procurator non valet si dominus eius reintegra moriatur.*

33 *Filius famil. procurator esse nō potest se cūdum aliquos, sed cōtra verius est.*

34 *Infamis quando procurator esse potest.*

35 *Per procuratorem quando hæreditas adiri potest.*

36 *De falsi procuratoris exceptione, vide infra in tit. de except. contra sententias, num. 25.*

COntigit quandoc ūq; quod litigatur per procuratores, syndicos, actores, vel œconomos, idcirco circa eos aliquid videamus. Primo sciemus, quis sit procurator, quis œconomus, quis syndicus, quis actor, & quæ sit inter eos differētia.

Procurator est qui aliena negotia mā dato domini administrat, vt in l. 1. ff. de procurat. vbi DD. l. 1. tit. 5 part. 3. Paz in praxi annotat. 4. de procur. n. 1. Cardos. in praxi iudicum, §. procurator nu. 1. & omnes summistæ in §. procurator. 1

OEchonomus est, cui res Ecclesiastica gubernāda mādatur, vt in l. iuuemus, in princ. & in l. omnes, §. nihilominus. C. de Episc. & Cleric. & in c. quia in quibusdā, & in c. volumus 79. distinct. dictionarium vtriusque iuris, in verb. *œconomus.* 2

Syndicus propriè dicitur defensor alicuius ciuitatis, vel collegij, vt in l. 1. circa fin. ff. quod cuiusq; vniuers. & in l. itē, §. 1. & similiter actor dicitur, qui ab vniuersitate cōstituitur, vt in præallegatis iuribus, & in c. quia de procur. & c. petitio, & in c. cū causa, extra de iuramēto calūnię. 3

Differētia quæ inter ipsos versatur talis est, quia procurator nō iurat de calūnia, nisi in rē suā fuerit cōstitutus, alij autē iurāt, vt in l. 2. §. sint autē, C. de iuram. calūn. & in c. Imperator, extra de iuram. calum. & in c. cū causa, cū suis similib. Itē procurator ordinatur â dño tātū, vt in l. 1. ff. eod. tit. sed actor, & œconomus, & syndicus â nō dño ordinatur, vt in l. neque, C. eod. tit. Itē procurator sine iudice fit, alij nō, vt in §. fin. inst. de curat. vbi noster Mag. Pich. & in l. decreto, ff. de admin. tutor. & in l. si actor, C. de appellat. Rursus, procurator etiā ad vnā causā cōstituitur, vt in l. si procurator, C. eod. tit. & in l. 1. ff. eod. tit. alij vero ad omnia ad instar tutoris, vt in §. certè, inst. qui dari tut. 4

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

poſſ.& procuratoris autē officium certis modis finitur aliorū nō eiſdē,vt in l.neq; C.de procuratoribus,& in §. fin. inſtit. de curatoribus. Item procurator poteſt eſſe laicus,ſed œconomus non;imò debet eſſe Clericus,vt in auth.decernimus, C.de Epiſcop.Audient. & alias differentias per te videre,quo is inl.1.ff.quod cuiuſque vniuerſit.

5 Si procurator, œconomus,vel ſyndicus, ſeu actor excommunicatus fuerit de iure Canonico,non valeuit,vt in cap. prudētiam 21.§.ſexta, cum ſimilibus,in gloſſa at DD.extra de offic. iudicis delegati,vt in cap.poſt ceſsionem,de probationibus,Bertachinus in Repertorio, verbo,*excommunicatus procurator*, & in verbo *exceptio excommunicationis*,& in verbo *exceptio contra procuratorem*,& in verbo *exceptio mandati*, & in verbo *excommunicatus agit*,l.6.tit.9.part.1.vbi gloſſa 7.cum ſequentib.& repete hic omnia iura à me citata ſupra in cap.10.de exceptionibus aduerſus actorem, num.1.

6 Procurator,ſeu ſyndicus fit conſtitutus ab excommunicatis, attamen repelli poſſunt, vt in cap. fin. extra de procurator.& in gloſſa iurati ibidem,& facit argumentum,c.cum inter Ricardum,in fine,vbi gloſſa ſuſpenſi 16. in ordine. L. 23.vbi gloſſa 6.tit.5.p.1.l.6.gloſſ.5.tit. 9.p.1.& in c.1. vbi gloſſa, at DD. de offic. Vicar.in 6.vbi dicitur,quod excommunicatus non poteſt alicui committere vices ſuas,Bald.in additionib. Specul.de procuratoribus,verbo 1. & DD. in cap. poſt ceſsionem. de probat. Cardinal. in clementin.3.quæſt.16.de procurat.Bertachin.in Repertor.verbum *excommunicatus agit*,per tot.

7 Procurator actoris, niſi habeat literas vbi contineatur expreſſe illa clauſula de ratihabitione,quamuis habeat literas procuratorias generales,repelli poteſt,ex argument.c.cum dilectus, de relig.domib.& c.corā,de offic.deleg.& in c.1.de procur.vbi gloſſ.1.& in l. 1. C.de procur.ſed hoc intellige,niſi vellit dari fideiuſſoriā cautionē,vt in prædictis iuribus.

Procurator quamquām habeat gene- 8
rale mandatum, non poteſt tranſigere, niſi ad hoc mandatum habeat ſpeciale vt C.de tranſact.in l. tranſactionis7. vbi in gloſſa derogauit tres caſus excipiuntur;videlicet, ſi habeat ſpeciale mandatum,vel ſi liber,āvel ſi ſit in rem ſuam,vt in cap.per tuas 9.vbi gloſſa generale, extra de arbitris,& in l.mandato, ff. de procurat.& in iuribus,in gloſſ. concordantibus,l.19.tit.5.p.3.& l.6.& 13.tit.10.lib. 1.fori, vbi gloſſa, *que auenencia*, Paz in praxi, annot. 4. de procurat.num.15.cū ſeqq.Mart.de clauſ.p.1.clauſ.26. & nos de except.contra ſententias.num.52.

Procurator in pluribus alijs caſibus 9
mandatum ſpeciale requiritur,quod habeat,vt in interdicto de liberis exhibendis,vt in l.Pomponius,in princ.ff.de procurat.Et quando mandaui alicui, quod inueniat maritum filiæ meæ,vt in l. generali, ff.de ritu nuptiar. & in cauſa ſuſpecti tutoris,vt in l.non ſolum, §.vltim. ff. de procurat. Item, & quando facio generaliter duos procuratores,nam neuter ab altero exiget, niſi habeat ſpeciale mā datum,vt in l.itaque, & in l. qui duos, ff. eodem tit.Item in petitione in integrum reſtitutionis,vt in l.illud.§. ſi talis, ff. de minor.& in l.vnica,C.etiam per procurat.in integrum agi poteſt, & in l.de pupillo.ff.de noui oper.nunciat. & in l. 19. tit.5.part.3. vbi gloſſ.10.cum ſeqq.Couarr.in lib.1.var.c.6.n.2.cum alijs,& iura citata per D. Pacem in praxi,annotatione4.n.15.cum ſeqq.& in l.15.& 17.d. tit.5.p.3. praxis Monterroſi tabellionū in 7.tractatu *de las clauſulas eſpeciales, y generales de los procuradores*, Torneus in praxi lib.8.tit. 2. *de poderes*, aduertentia 6.Curia Philipp.p.1.§.10.n.24. *La recuſacion de jnezes,tambien requiere poder eſpecial, y el apartarſe della*, vt ait Azeued.in l.1.tit.16.lib.4.Recopilat.num.4. Morla in Emporio iuris, de reſtitut. numer.22.Cardoſius in praxi, §. procurator,num. 24.cum ſequentib.quos videtote, quia ibi declaratur,in quibus caſibus ſpeciale mandatum requirit. 10.

Ber-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Bertach. in Reportorio, verbo *procurator*, specialis Morla in emporio iuris in tit. 5. de restitutione num. 22.

11 Procurator solutionem debiti, recipere non potest nisi mãdatum ad hoc habeat speciale, præter quam si sit ei mãdata generalis administratio omnium bonorũ, vt in l. verbo, ff. de solution. & in l. hoc iure eodem, & in l. qui hominem, §. si Titiam ibidem, & in l. procurator cui, & in l. mandato, ff. de procur. & in §. nihil, inst. tit. de rerum diuisione, vbi DD. & Anton. Pich. in num. 7. & 8. vnde omnia iura citata per Ioan. Gutierr. de iuram. cõfirm. p. 1. c. 50. per tot. & per Parlad. lib. 2. rer. quotid. c. fin. p. 5. §. 17. n. 1. cũ seqq. & in l. 7. vbi gloss. 1. 2. & 3. tit. 14. p. 5. in regula Bern. de Lug. 608. Marta de claus. p. 1. claus. 26. n. 2. Molina de iustit. disputat. 563. in fine.

12 Procurator non potest liberare debitorem nisi ad hoc speciale habeat mandatũ, vt in l. 3. ff. de acceptil. vbi dicitur, quod per procuratorẽ, nec liberare, nec liberari quisquam acceptilatione sine mandato, potest, & in l. & per iusiurandum §. tutor, ff. eod. tit. vbi DD. & iura per Bertach. in Report. citata p. 1. §. procurator ad negotia, nu. 20. & in n. 60. & in §. præiudicat, n. 13. & 14. l. 7. tit. 14 p. 5. vbi gl. 4. & 5. l. 6. in fin. tit. 10. lib. 1. vbi gloss. fin. & Catteli. Cotta in §. procurator 1. D. Paz in praxi annotat. 4. n. 16. cũ seqq. Cardosius in praxi, §. procurator, num. 43. Curia Philipp. 1. p. §. 10. n. 24. Molin. de iustit. tom. 2. disput. 563. in fin. pag. 2031. Scob. de ratioc. c. 19. n. 39. & in ca. 23. n. 57. & in c. 24. nu. 6. cum seqq.

13 Procurator iuramentum deferre nõ potest, nec deferri, nisi mandatũ habeat super hoc speciale, vel nisi generalis fuerit procurator, vt in l. iusiurãdum, §. fin. ff. de iure iurando, & in l. alias 18. in princip. eiusdem tit. vbi DD. Bertach. in Repertorio, §. procurator in rem suam nu. 17. & in §. iuramentum quibus n. 6. Speculator in tit. de procuratore n. 4. l. 4. vbi gloss. 2. & 4. tit. 11. p. 3. & in l. 19. tit. 5. p. 3. vbi gloss. 4. & 5. & omnia iura citata in numero supra proximo.

Coniuncta persona non admittitur 14
pro procuratore in omnibus illis casibus vbi mandetur requiritur speciale, vt in l. pater, circa princip. ff. de minoribus 27. in ordine, vbi Bart. & DD. & Speculator in tit. de coniuncta persona Bertach. in Repertorio, § coniuncta persona, nu. 2. cum seqq. l 10. tit. 5. part. 3. & in gloss 2. limitat. 6. l. 15. tit. 5. part. 3. Couarruu. in lib. 1. variar. cap. 6. num. 5. noster Azeued. in l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopil. num. 2. vbi tradit plures DD. Barbosa in l. 3. & 4. num. 13. ff. soluto matrimonio, Rodr. de annuis reddit. lib. 1. quæst. 10. num. 17. Parlador. lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. p. 3. §. 2. n. 6. cum seqq. Curia Philip. p. 1. §. 10 num. 30.

Mandatum speciale requiritur in Pa- 15
palibus literis impetrandis, vt in c. nonnulli 28. §. sunt alij, vbi gloss. sine speciali mandato, vbi DD. ordinarij, & supra diximus in c. contra rescripta, l. 39. in fin. vbi gloss. 4. tit. 18. p. 3. Couarr. lib. 1. var. cap 6. n. 5. circa principiũ, Didac. Perez gloss. 1 pag. 700. column. 1. vers. quæro 28. in l. 6. tit. 12. lib. 3. ordinam. quem videte ad id.

Si Episcopus, vel Abbas, vel alius quis 16
libet Prælatus cõstituat procuratorem, sine consensu cõuentus, vel capituli sui, non valet, nisi forte Abbatis, & conuentus negotia essent omnino discreta, vt in c. edoceri 21. vbi iura in gloss a at DD. ordin. de rescriptis, & in l. illud, in fin. ff. de minorib. l. 2. gloss. 11. tit. 5. p. 3. D. Paz in praxi tom. 1 annotat 4. de procur. n. 34.

Mulier procuratrix esse nõ potest, in 17
l. fœminæ 2. ff. de reg. iur. vbi Dynus, & in l. 2. ff. ad S. C. Velleianum, & in l. quia, de procurat. C. sed ratione administrationis potest esse procuratrix, limitatur tamen hoc, quando mulier constituta est in rẽ suã, vt in d. l. quia, in fine, C. de procurator. & in pluribus alijs casibus congestis per Speculatorem in tit. de procuratore, num. 1. quem ad id videto, & ibidem in num. 2. ponit 37. casus, in quibus deterior est conditio fœminarum,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

quam masculorum,& in num. 3. dicit, in quibus casibus fœminæ melioris sunt conditionis, quam viri,& quando sint paris conditionis.

18 Procurator esse non potest,qui fuerit minor 25.annis,vt in l.exigendi 12.C.de procuratoribus, ibi legitimam ætatem, & in l. minor,ff. de procuratoribus,& per totum titulum, C. qui legitim. pers. Speculator in tit. de procuratore, §.1. num.8.l.5.glossa 3.tit. 5.part. 3.l. 9.vbi Montaluus in gloss.2.tit. 10. lib. 1 fori, Paz in praxi annotatione 4. num. 26. & de ætate requisita ad contrahendum matrimonium per alium, vide in Thomas Sanchez de matrimonio lib.3.disputat.41. num.8.vbi citat multos alios Auctores,quos per te ibidem videre potest, & infra num.sequenti.

19 Minor nequit constituere procuratorem sine authoritate tutoris, vt in l. neque 11.§.pupillus,vbi iura citata in glossa interueniente,& in l.non ideo minus, ibi sine curatore 14.in ordine, C.de procurator.vbi DD. ordinar. & in l.decreto,ff.de administratione tutorum, & in l.cum minores, C. si aduersus rem iudicat.& in l.2.& 3.vbi glossa tit.5.part.5.& iura omnia citata in numero supra proximo, Auendaño responso 4. Gutierr. in Authēt. sacramenta puber. C. si aduersus vendition. numer. 127. Cardosius in praxi,§.procurator,num.16.

20 Criminosus qui fuerit pro alio esse nequit procurator, quousque se innocētem ostēdat, vel post annum obiecti criminis, vt in cap. omnipotens, extra de accusationibus, & in l. reum 6.& iura in glossa fin.C.de procurator. & in l. 1. C. de reis postulat.lib.10.l. 5.vbi glossa 5. tit.5.part.3.& iura citata per Politic. de Bobadilla lib.5.cap.1.num.192.in fine, in glossa,D. Paz in praxi annotatione 4. num.28.Cardosius in praxi iudicum, §. procurator,num.18.

21 Regulariter loquens in causa criminali dum agitur criminaliter,nō potest agi, nec defendi per procuratorem,vt in capit.sunt autem, & §.cum autem 2. quæstion.6.& in cap.in criminalibus 5.quæstion.3. & in l. accusator, ff. de publicis iudic.& in cap.veniens el primero, extra de accusation. verum tamen ad excusandum, & excipiendum, & in quibusdam alijs casibus potest constitui procurator, vt in l. reos, C. de accusat. Sed hodie in istis causis criminalibus benè interuenit procurator,quando agitur ad pęnam relegationis, vel minorem pœnam, vel quando a iudice petitur licentia ad constituendum procuratorem,vt quotidie in praxi seruamus: Speculat de accusation. §. 1. num. 32. & de procurator. num. 9. cum sequentib. vbi de hoc longe scribitur. Et Bertachin.in Repertor. §. procurator in criminalibus, Cardosius in praxi, §. procurator,num 35. cum sequentib.vsque ad num.67.l.6.tit. 1. part. 7. l. 12.tit.5.part.3.l.7. vbi Montaluus in tit. 10.lib.1.*del fuero*,l.15.*del estilo*, vbi Paz, Antonius Gomez variarum tom. 3. capit.1.num.12.cum sequentib. Iulius Clarus, §. fin. quæst. 32. D. Paz in praxi, tom.1.part.5.cap. 3.num.9.cum sequentibus, & vide plures alios citatos per Zeuall.tom.1.quæst. 237.& per Politic. de Bobadilla lib.3.cap.15. num.72. Parlador. rerum quotidianar. lib. 1. capit. 20.Curia Philippic.part.3.§.8.*del acusador*,num.6.

Miles procurator constitui non po- 22
test,dum manet in militari exercitio, nisi in rem suam,vt in l.militem,C.de procurator.& in l.qui stipendia, & in ita demum,C. de locato, & in l. milites, ff. de procurator.& videto dicta,atque iura citata per Speculat. in titul. de procurator. §. nu. 21.l.6. titul. 5. part. 3. vbi Gregor. Lopez, Cardosius,§.*procurador*,num.15.

Procurator,procuratorem alium cōs- 23
tituere non potest,nisi post litem contestatam,& quando ad hoc habet mandatū speciale cum clausula substituendi, sed hoc procedit in procuratore ad causas, secus in procuratore ad negotia,quia potest alium constituere, vt in l.quod quis, C.de procurator.& in l.neque,in fine,& in l.

in l. nulla, & in l. procuratoribus, ff. de appellat. & in cap. cauſamque, cum gloſſa, extra de appellat. Speculator in titul. de procurator. §. 1. num. 23. cum ſequentibus, Cardoſius in praxi iudicum, §. procurator, num. 73. & 74. l. 19. tit. 5. part. 3. vbi gloſſa 10. cum ſequentibus, D. Paz in praxi, annotatione 4. num. 5. & 6. Curia Philippica part. 1. §. 10 *de los litigãtes*, numer. 25. & de praxi ſubſtitutionis mandati videri poteſt in Monterroſo in tractatu 7. in Ribera 2. part. fol. 76. & in l. final in fine, titul. 10. vbi gloſſa fin. part. 3. l. 10. in fine, vbi Paz ſuper legibus ſtyli.

24 Procurator ſi conſtitutus fuerit a tutore, vel curatore, vel œconomo Ciuitatis, non valet, niſi poſt litem conteſtatam, vt in l. neque, in fine, C. de procuratorib. & in l. actor, C. de appellation. & in l. 1. & in l. in Ciuitatis, ff. de procurator. & in §. fin. inſtitut. de ſatiſdactionibus, & in §. final, inſtituta de curatoribus, l. 3. vbi gloſſa fin. titul. 5. part. 3. l. 96. tit. 18. part. 3. vbi gloſſa 1. 2. & 3. l. fin. vbi gloſſa fin. tit. 10. part. 3. & l. 19. tit. 5. part. 3. l. 2. tit. 10. lib. 1. fori, vbi gloſſa 4. & in gloſſa 1. poſt principium l. 9. eiuſdem tituli, & Zeuallus, quæſt. 330. Speculator in titul. de procurator. §. 2. num. 4. & in titulo de actore ab vniuerſi, numer. 4. Et nos infra in cap. 14. de curatore, num. 20.

25 Si procurator actoris noluerit cauere de rato de defendendo, ſi requiratur repelli poterit licet mandatum habeat, ſeu literas, niſi ſit procurator in rem ſuã ex cauſa non lucratiua, vel ex neceſsitate, & non in fraudem eorum, qui nollunt agere, vt in l. vnica, C. de ſatiſdactione, & in l. non ſolum, §. eſt, & in l. mutus, §. penultimo, ff. de procurator. & in l. actiones, C. de procuratoribus, & in l. ſi ad defendendum, ff. iudicatum ſolui, Speculator in titulo de procurator. §. vt autem, num. 2. 3. & 4. & in l. 10. vbi gloſſa 7. cum ſequentibus, & in l. 14. vbi gloſſ. 15. & in l. 21. vbi gloſſa 3. cum ſequentib. tit. 5. part. 3. l. 6. tit. 7. l. 14. vbi Montalu. tit. 10. lib. 1. fori: l. 12. ſtyli, vbi Paz num. 10. & deinceps, & Cardoſ. in praxi, §. procurator, num. 9. cum ſequentibus.

Maritus pro vxore (præter rem dotalem) non debet admitti vt procurator, niſi ſatiſdactionis, vel ratihabitionis cautio præcedat, vt in l. maritus, C. de procurator. vbi iura in gloſſa concordantia, l. 10. gloſſa 2. titul. 5. part. 3. l. 5. vbi gloſſa 1. tit. 10. Marantha de ordine iudic. part. 4. diſtinctione 16. num. 17. Anton. Gom. in l. 52. Tauri, num. 20. circa finem, Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. part. 3. §. 1. numer. 6. & 7. & in part. 1. limitatione 5. numer. 40. folio 164. Curia Philipp. part. 2. §. 9. *del executante*, numer. 5. Azeuedo in l. 3. numer. 2. tit. 2. lib. 4. Recopilationis, Politica de Villadiego, id idem attamen trãſcripſit ex Parladorio vbi ſupra in cap. 2. num. 44. *de las executiones*, Rebuffus in praxi beneficiorũ in forma Vicariatus, fol. 43. num. 232. & DD. in l. ſi pater 5. C. de dotis promiſsione. 26

Procurator admitti non debet, vt videtur niſi literæ procuratoriæ quas portat parti aduerſæ, vel iudici dirigantur, argumentum facit l. qui abſentem, ff. de procuratorib. & in cap. 1. de eo qui mitt. in poſſeſsione, D. Paz, annotatione 4. num. 7. cum ſequentibus, quos vos ad id legitote Cardoſius in praxi, §. procurator, num. 6. & 7. 27

Si duo procuratores diuerſis tempo- 28
ribus dati ſunt, primus datus non valet, qui i per dationem ſecundi prior reuocare videtur, vt in l. ſi quis cum procuratore, §. final, ff. de procurator. vbi DD & in cap. non iniuſte 14. extra de procurator. vbi gloſſa citata in gloſſa temporibus, & Abb. de iure facit l. 24. vbi gloſſa 1. quæ ponit duas limitationes, cum gloſsis ſequentibus, quas legito. tit. 5. p. 3. l. 8. in fine, vbi gloſſa fin. tit. 10. lib. 1. fori.

Procurator in cauſa populari, interuenire non poteſt, vt in l. licet in popularibus 42. ff. de procurator. niſi ad vtilitatem priuatam agentis pertineant, vt in 29

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

actionibus, quæ competunt ad vindictã, poteſt conſtitui procurator, & in l. 1. & 5. ff. de populari actione.

30 Clerici conſtituti in ſacris ordinibus, nec regulares procuratores in iudicio eſſe nequeunt, niſi in caſibus exceptuatis, in cap 1. & 2. at 3. de poſtulando, & in 1. & 2. extra ne Monach. vel Clerici, & in cap. 1. de Syndico, in fin. & videte plura alia iura citata per Specul. in tit. de procurat. §. 1 num. 33. & in l. 5. vbi gloſſa 9. & 10. tit. 5. p. 3. Cur. Phil. p. 1. §. 10. n. 18.

31 Seruus procurator eſſe non poteſt, niſi ſit ſeruus Regis, ſed extra iudiciũ pro rebus domini, vel peculio, poteſt eſſe procurator, vt in l. fin. C. vbi cauſæ fiſcali, & in l. ſeruus quoque, ff. de procuratoribus, & in l. 5. vbi gloſſa 11. tit. 5. parte 3.

32 Procurator non valet, quando dominus reintegra moriatur, vt in l. mandatum, C. de mandatis 15. in ordine, & §. item ſi adhuc, inſtitut. de mandato, vbi iura in gloſſa, & per Anton. Pichard. num. 6, cum ſequentibus, & in l. 23. vbi gloſſa 1. cum ſequentib. tit. 5. part. 3. & in l. 18. vbi gloſſa, Montalui tit. 10. lib. 1. fori.

33 Filiusfamilias procurator conſtitui non poteſt, ſecundum aliquos, ſine conſenſu Patris, ex argumento l. ſi pater 3. C. de mandati, & in l. non ſolum 8. reſpõſo 1. de bonis quæ liberis, & in l. cum oportet, ibidem, & in l. filiofamilias, l. 2. ff. de donatione cauſa mortis, & in l. cum aliquis, C. de iure deliberandi, quia valet argumentum de filio ad ſeruum. Et ſecundum alios poteſt filiusfamilias procurator conſtitui, vt in cap. non iniuſte 14, vbi gloſſa filiusfamilias, de procurator. & in l. filiusfamil. 8. §. ipſe quoque, ff. de procurator. & in cap. qui generaliter 5. §. 1. de procurator. in 6. Cardoſius in praxi, §. procurator, num. 50. & 51.

34 Infamis procurator eſſe non poteſt, vt in cap. quia Epiſcopus 5 quæſtion. 3. vbi gloſſa aduocatum, & 3. quæſt. 7. cap. 1. vbi gloſſa nec procurator, & in cap. in famis argument. ff. de poſtulando, & in §. eas vero, inſtitut. de exception. D. Paz in praxi, tomo 1. annotatione 2. â num. 43. & 47. Politica de Bobadilla lib. 3. cap. 1. numer. 53. Curia Philippica part. 1. §. 2. num. 20. vbi tranſcripſit Pacem in praxi, Cardoſius in praxi, §. procurator, num. 4.

Per procuratorem hęreditas adijci nõ poteſt, vt in l. Paulus, ff. de acquirenda hæreditate, qui aliàs incipit per procuratorem, 90. in ordine, vbi DD. l. 15. tit. 6. vbi gloſſ. 6. cum ſequentib. Pichard. in §. item extraneus 3. inſtitut. de hæredum qualitate, Baldus in dict. l. Paulus per procuratorem, num. 80. ff. de acquir. hæred. Curia Philipp. part. 2. §. 27. num. 1. *de la poſſeſsion hereditaria.* 35

CAPVT XIII.

De exceptionibus, quæ opponi poſſunt contra Aduocatos.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus quis ſit, & aduocare quid ſit.*

2 *Aduocatus recuſatus an poſsit aduocare contra partem recuſantem.*

3 *Aduocatus nullus in Conſilio, vel in Audientijs, & Chãcellarijs Regijs aduocationis officium exerceat, niſi ſit examinatus, & matriculatus.*

4 *Aduocati nequeunt eſſe in cauſa coram ſe fulminata, iudex, decuriones, nec tabelliones.*

5 *Auditores Regij non poſsunt eſſe aduocati.*

6 *Correctorer, nec Aſsiſtentes, nec Gubernatores, nec eorum miniſtri, ſeu officiales non poſsunt poſtulare niſi pro bono publico, vel iuriſdictionis defenſione.*

7 *Relatores nequeunt aduocationis exercere*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

cere officium.

8 *Aduocatus non erit ille qui fuerit pater, vel filius, vel socer, seu coniuncta persona iudicis causæ illius.*

9 *Aduocatus non potest esse qui est pater, frater, seu socer Tabellionis causæ.*

10 *Clerici in Sacris, seu Benefficiati, aut Religiosi nequeunt esse aduocati, præterquam in nonnullis causis.*

11 *Aduocatus non potest esse quis priusquam habeat notitiam vtriusque iuris, & experietiam negotiorum, nec sufficit negotiorum experientiam habere.*

Aduocatus qui absque iuris peritia, & experietia negotiorum officio se ingerit, mortaliter peccat, num. 11.

12 *Ad aduocationis officium admittendus non debet esse hodie, qui non fuerit graduatus in iure Ciuili, vel Canonico.*

Aduocatum per spatium quinquennij operam dedisse necesse est, num. 12.

13 *Minor 17. annorum, vel surdus, fatuus, prodigus, vel curatorem habens, aduocatus esse non potest.*

14 *Mulier prohibetur pro alio aduocare, & cæcus, adulter, vel proditor, & falsarius.*

15 *Hæreticus, vel Iudæus, vel alius infidelis, contra Christianum aduocare non potest.*

16 *Aduocare prohibitum est verbis procacibus & improbis; quia aduocatus debet esse modestus in sermone sub pœna suspensionis.*

17 *Quicunque in aliqua causa principali iudex fuerit, vel assessor, aduocare postea non poterit in eadem causa.*

18 *Infamis aduocare non potest, num. 18. Excommunicatus aduocare non potest, num. 18. Pugnantes publicè cum bestijs in arena pro alijs, aduocare non possunt, num. 18.*

19 *Qui fuerit aduocatus in vna causa contra Titium, non debet in eadem pro ipso Titio aduocare.*

20 *Remouetur ad aduocatione, qui cum graui damno pactus est cum suo clie ticulo de quota parte litis.*

21 *Aduocatus si admonitus fuerit à iudice, vt suum patrocinium præstet alicui, & ei non obtemperauerit, postea repelli poterit ab aduocatione in curia illius iudicis.*

22 *Aduocatus debet esse veracissimus, tam in verbis, quam in scriptis, alias incideret pœnas falsi.*

23 *Aduocati officium laudabile, & honorabile est, & multis gaudet prærogatiuis, & militi æquiparatur.*

ADVOCATVS Est ille, qui litis 1
suę, vel alienę merita agendo, vel defendendo in iudicio proponit si literatus est, & studuerit saltim per quinquennium, vt in l. 1. §. postulare, ff. de postulando, & in l. nemini, C. de aduocatis diuers. iudic. l. 10. tit. 6. part. 3. D. Paz in praxi annotat. 5. n. 1. & 2.

Aduocatus inimicus partis ex grauibus inimicitijs, potest tanquam suspectus prohiberi a iudice ad instãtiam partis, ne contra ipsum præstet aduocationem, quoniam sicut inimicus non potest accusare, vt in cap. cum oportet, & cap. qualiter 2. de accusationib. & cap. accusatores, & cap. accusatoribus, & cap. suspectus 3. quæst. 5. ita nec procurare, nec aduocare, quia magnis calumnijs illum vexare potest, & ita sæpissimè fuit iudicatum in Senatu Lusitaniæ, vt refert Valascus consultation. 124. num. 2. & colligitur ex doctrina glossæ, verbo *non habebunt*, in l. 1. §. ait prætor, ff. de postulando, vbi citatur l. humanitatis, C. de excusation. tutor. Sed aduocatus non potest recusari post inchoatam litem, secundũ Balduum in l. properandum, §. illo, in notabili 5. C. de iudicijs, Cardosius in praxi, §. procurator num. 108. 2

Aduocatus non debet esse, qui prius non fuerit examinatus, & approbatus â Præside, & ab Auditoribus Regijs in suis Audientijs, vel a iudicibus Tribunalium inferiorum positus in matricula ad 3

uoca-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

uocatorum. Sed in his tribunalibus inferioaibus de consuetudine non obseruatur, quod aduocatus examinetur, & iuramentum præstet, vt in l. nemini liceret, C. de aduocatis diuers. iudicum, vbi ego dixi in alio meo libro super Codice, & in l. 13. tit. 6. part. 3. & in l. 1. tit. 16. lib. 2. Recop. vbi Azeuedo num. 7. & Paz in praxi annotat. 5. num. 15. cum sequentib. l. 14. tit. 4. lib. 2. Recop. l. 22. tit. 4. lib. 3. Recopil.

4 Nullus queit esse aduocatus vna eadem causa in qua fuerit iudex, vel decurio, seu tabellio, vt in l. 30. tit. 16. lib. 2. Recopilat. & Didacus Perez in l. 6. tit. 18. *de los escriuanos*, & in l. 15. tit. 19. *de los abogados* lib. 2. ordinam.

5 Auditores supremi Consilij Regis, minimè possunt patrocinari in ciuilibus, nec in criminalibus causis, præter quam de licentia Regis, vt in l. 27. tit. 16. lib. 2. Recopilation. vbi Didacus Perez in l. 3. & 10. tit. 19. lib. 2. Recopilat. ordinam.

6 Iudices, & eorum officiales, Aduocati, Procuratores, Solicitatores esse nequeunt in territorio suo, nisi jurisdictionem suam defendendo, vel bonum publicum, & tunc gratis facere debent, vt in l. 3. tit. 6. lib. 3. Recopil vbi Azeuedo, & in cap. 3. prætorum, Auiles, & Auendaño in cap. 2. prætorum n. 23. lib. 1. Paz in praxi, tom. 1. p. 8. cap. vnico de syndicatu, pregunta 12.

7 Relatores superiorarum Audientiarum vllis in causis nullatenus possunt esse aduocati, vt in l. 13. tit. 17. lib. 2. Recopilat.

8 Ille nō potest esse aduocatus qui fuerit pater, forte filius, vel socer, aut alias coniuncta persona iudicis, coram quo causa ageretur, vt in l. 33. tit. 16. lib. 2. Re-
9 copilat. Neque tamen poterit esse causidicus pater, frater, seu socer, vel filius tabellionis causæ, l. 7. tit. 25. lib. 4. Recopilation. vbi Azeuedo, Politica de Bobadill. lib. 3. cap. 14. num. 53. & in l. 19. tit. 5. lib. 2. Recopil. Curia Philipp. part. 1. §. 6. num. 9. 10. & 11.

Neque Religiosi, Beneficiati, & con- 10
stituti in sacro Ordine non possunt aduocare, coram iudicibus sæcularibus in criminalibus, nec ciuilibus causis, nisi pro se, pro sua Ecclesia, pro suis, seu pauperibus, vel miserabilibus personis, vt in c. te quidem 11. quæst. 1. & in cap. 1. ac per totum titulum ne Clerici, vel Monachi, & in cap. 1. de postulando, Speculator in tit. de aduocato §. 1. ex num. 2. vsque ad 9. vbi citat plura, 1. ciuilia, l. 2. in fin. tit. 6. part. 1. Syluester in summa, §. aduocatus, num. 2. versic. 3. Cerola in praxi, parte 2. §. aduocatus, & P. Manuel Rodriguez in summa cap. 1. Sed hodie videmus obseruari in praxi, quod cum facultate summi Pontificis, seu eius Nuntij, atque cum facultate Regis in vtroque foro, Clerici queunt officium aduocationis exercere, & exercent breui virtute, vt iam prædiximus in 3. part. hujus nostræ praxis.

Aduocatus priusquam officium ad- 11
uocationis officium incipiat, habere debet peritiam vtriusque iuris, & negotiorum experientiam, nec sufficit solam experientiam habere, alias si se officio ingerat, mortaliter peccat, vt Bartol. in l. 1. §. postulare, ff. de postulando, Montaluus in Repertorio legum Regni, versic. *aduocati*, & in gloss. postulare, verbo *exponere*, in dict. l. 1. ff. de postul. Soto lib. 5. de iustit. & iur. quæst. 8. art. 2. in fin. Nauarro in Manuali Hispano, & Latino, cap. 25. num. 28. vers. 1. Paz in praxi tomo 1. annotatione 5. de aduocato num. 9. & 10. Et quæ requirantur ad hoc, vt quis possit aduocatus esse, vide Didacū Perez in l. 2. pag. 404. col. 1. vers. 15. Azeuedo in l. 3. num. 2. & 3. tit. 6. lib. 2. Recopilat.

Ad aduocationis officium non debet 12
admitti hodie, qui non fuerit graduatus in iure Canonico, vel ciuili, & per spacium quinquenij operam iurisprudentiæ dedisse necesse est. Et gradum Baccalaureatus per quinquennium, & per aliud breuius spatium in nonnullis Vniuersitatibus acquirit aduocatus, vt in l.

1. tit.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

1.tit.16.lib.2.Recopilat.& in l.2.Tauri, vbi Anton.Gomez num.7.cum sequentib.Paz in praxi, tom.1.annotat.15.nu. 11.cum sequentib.vbi citat iura communia,Azeuedo in rubrica tit.16.lib.2.numer.2.& 3.Politica de Bobadilla lib.1.c. 6.num.20.vbi glossa A.

13 Minor vigintiquinque annorum, vel surdus,mutuus,fatuus,prodigus,vel curatorem habens, non potest esse aduocatus:Speculator de aduocat.§.1.in princip.Sylueſt.in summa,§.aduocatus,numer.1.verſ.5.l.2.vbi glossa 2.cum sequẽtib.tit.5.part.3.Montaluus in l.4.tit.9. lib.1.fori,l.7.tit.19.lib.2.Recopil.vbi Didac. Perez, Paz in praxi annotat.5.numer 8.

14 Mulier pro aduocationis officiũ prohibetur exercere,& cœcus,adulter,proditor,& fallarius,vt in l.1.§.sexum,ff.de postul.& in §.casum, & in §.is qui de capitali,& in l.3.tit.6.part.3.

15 Hæreticus,vel Iudeus,vel alius infidelis, nequit esse aduocatus contra fidelẽ, vt in l.nemo,de postulando,& in l.nemo 15.de Episcopali Audientia, Sylueſt.in summa,§.aduocatus,num.1.verſ.2.verbo *quæritur*. Sed quamuis aduocatus fuerit excommunicatus, vel hæreticus, non ideo retractabitur sententia,secus si fuit iudex,vel testis,vt in cap.vergentis, de hæreticis, & in cap.excommunicamus,§.credentes, & in cap.si aduersus, in eodem tit.de hæreticis, Speculator in tit.de aduocato,§.1.num.1.l.5.in fin.tit. 6.part.3.vbi gloss.1.Nauarr.tom.1.cap. nemo,in principio,& deinceps,de pœnitent.1.l.4 tit.9.lib.1.fori,vbi Montaluus, Didacus Perez in gloss.1.pag.348.col.2. in medio,in l.1.tit.19.lib.2.ordinam.Paz in rubric. ad ll. styli, part.1.num.19. Paz in praxi,tom.1.annotation.5.numer.7.

16 Prohibitum est aduocare cuilibet verbis procacibus,& improbis, quia aduocatus debet esse modestus in sermone,& in allegationibus, aliàs si procaciter loquatur,pœna suspensionis ab officio imponi potest, vt in gloss.l.ex eo,de postulando,Rebuff.in repetitione l.vnicæ,n. 3.C.de sentent. quęque pro eo, quod interest,& in l.quisquis C.de postul.& in cap.infames 3.quæst.9.& in l.7.vbi gloss.4.& 6.cum sequentib.& in l.12.tit. 6.part.13.Speculat.in tit. de aduocat.§. 1.num.9.vbi citat plura iura ciuilia,Aulès in cap.36.gloss.*abogados*,num.1.cum sequentib.Paz in praxi annotat.5.num. 4.& 5.& in l.5.vbi gloss.denueste, tit.9. lib.1.fori,Azeuedo in l.4.tit.16.lib.2 Recopilat.num.1.cum sequentib. Politica de Bobadilla lib.3.cap.14.num.64.& 65. vbi citat plura iura,& in lib.1.ca.5.num. 42.post medium.

Quicũque in aliqua causa principali iudex fuerit,vel assessor, aduocare nõ potest in eadem causa,vt in l.quisquis,in principio,& in l.fin. C. de assessoribus, Speculator in §.aduocat.num.10.l.15. tit.19.l.6.in fin. tit.18.lib.2.ordinam.vbi Didacus Perez l.13.& 30.tit.16.lib.2. vbi Azeuedo l.10.vbi gloss. fin.tit.4.& in glossa 9.l.22.eiusdem tit.part.3.l.4.titul.9.lib.1.fori, vbi Montaluus, Sylueſter in summa,§.aduocatus, num.2.versic.4.iudex,& assessor, Aulès in cap.3. glossa *abogados*, num.1.cum sequentib. Auendaño de exequend. part.1.cap.2. num.23.Ioann.Guttierrez consil.24.n. 8.9.& 10. Marantha de ordine iudic.§. appellatio, num.42.& quod ego dixi in meo lib.sup.Codice,in l.fin.C.de assessoribus,Cardosius in praxi iudic.§.assessor, num.6.Politica de Villadiego cap. 5.§.3.num.1.cum seqq. 17

Aduocare non potest infamis,nec excommunicatus maiori excommunicatione, nec publicè pugnantes in arena cum bestijs, vt in l.1.de postul.& 3.quæstion.7.cap infamis, §.tria,& §.sunt autem,l.4.& 5.tit.6.part.3.vbi gloss.Greg. Lopez. 18

Qui fuerit aduocatus in vna causa cõtra Titium,in eadem causa,nec in prima, nec in secunda instantia poterit pro ipso Titio aduocare, nec ei arcana alterius partis reuelare, aliàs in pœnam præuaricationis incurret,l.1.ff.de præuaricat. & 19

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& in l. athletas 4. §. item præuaricator, ff. de his qui notant. infamia, & l. 1. C. de aduocat. diuers. iud. vbi DD. ordinar. l. omne delictum, §. exploratores, de re militari, l. 9. 10. & 15. tit. 6. part. 3. l. 3. vbi Mõtaluus tit. 9. lib. 1. fori, l. 17. tit. 16. lib. 2. Recop. l. & in l. 13. eiusdem tit. vbi Didacus Perez, & Azeuedo, & Auendaño, lib. 1. cap. 2. numer. 14. cum seqq. Ioann. Gutierr. lib. 1. practic. ciuil. q. 30. per tot. Paz in praxi tom. 1. annotat. 5. num. 46. & 47. & ego dixi in l. 1. C. de aduocat. diuers. iud. l. 1. glos. 6. tit. 7. part. 7.

20 Ab aduocatione remouetur, qui cum clientulo suo de quota parte litis cum graui damno pactus est, vt in l. si qui 5. vbi Bald. C. de postul. & 3. q. 7. §. arcentur, cap. infames 2. l. 14. tit. 6. part. 3. vbi Gregor. qui plura alia inf. communia citat, ibidem in suis glosis, l. 5. vbi glossa 1. tit. 9. lib. 1. fori, l. 5. & 9. tit. 19. lib. 2. ordinam. l. 7. & 8. cum tot. penè sequentib. tit. 16. lib. 1. Recopilat. vbi Azeued. Paz in praxi, annotat. 5. num. 63. & Ribera in part. 2. praxis tabell. fol. 78. & l. 32. ait: quod aduocati nequeunt petere salaria post lapsum triennij, & in l. 33. eiusdem tit. Prohibetur aduocatis facere pactum pro victoria litis cum clientibus. Et in pragmatica 1617. constituitur noua forma taxandi mercedem informationum iurium aduocatorum.

21 Aduocatus si â iudice admonitus fuerit vt suum patrocinium præstet alicui, etiam si sit pauperi, & extra rationem iustam iudici non obtemperauerit, repelli 81 postea poterit ab aduocationis officio in tribunali illo, vt in cap. 1. vbi iura in glossa 1. extra de offic. iudic, & in l. prouidẽdum, §. sed si quis, C. de postul. & in cap. infames 2. 3. quæst. 7. Couarr. lib. 3. variar. cap. 14. num. 1. versic. quibus, & in cap. 6. num. 4. practicarum, & in l. 6. tit. 6. part. 3. l. 1. glossa 6. tit. 9. lib. 1. fori, l. 16. & 27. & 22. tit. 16. lib. 2. Recopilat. vbi Azeuedo, & in l. 13. tit. 9. lib. 2. Recopilation. Paz in l. 19. styli, & Paz in praxi, tom. 1. annotatione 5. num. 65.

22 Aduocatus debet esse veracissimus, tam in suis verbis, quàm in allegationibus, & nec leges, seu doctrinas falsas debet allegare, nec patrocinari contra legem Regiam expressam, aliàs inciderit in pœnam falsi, vt in l. fin. ad legem Cornel. de falsis. & in l. 1. §. hunc igitur, C. de Iustin. Codice confirm. Bart. in l. omnes populi, numer. 68. de iustit. l. 1. tit. 7. part. 7. vbi gloss. 7. Paz in praxi ex initio, num. 12. & 13. fol. 1. & in annot. 5. num. 7. Azeu. in l. 4. num. 6. tit. 16. lib. 2. Recopilat.

Officium aduocati honorabile, nec- 23
non laudabile est, & multis gaudet prærogatiuis, & militibus, & nobilibus æqui paratur, vt in l. laudabile, C. de aduocat. diuers. iud. & in cap. Episcopus 5 quæst. 3. & Gregor. Lop. in summa, tit. 6. part. 3. glossa 1. & in glossa fin. l. 5. tit. 15. part. 6. & plurima alia supra citata per Politicam de Bobadilla, lib. 3. cap. 14. num. 60. & 61. in glosis h, i, & k, Azeued. in l. 1. num. 2. tit. 16. lib. 2. Recopilat. & in l. 8. tit. 7. lib. 1. num 2. & 3. idem in tit 1. & 2. lib. 6. Recopilat. vbi ego de hac materia latissime dixi in l. laudabile, in C.

CAPVT XIIII.

De exceptionibus, quæ opponi possunt contra tutores, & curatores.

SVMMARIVM.

4 *Tutor, vel curator tria debet facere, sine quibus administrare non potest. 1. facere inuentarium. 2. iurare. 3. quod caueat sub hypoteca, num. 4.*

5 *Inuentarium triplex, scilicet tutoris, & curatoris, necnon hæredis, seu fisci, num. 5. 6. & 7.*

8 *Maritus non potest esse tutor, vel curator vxoris suæ, quia si male gereret vxor propter affectionem sibi iniungeret.*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

9 *Hæres tutoris tutor esse non debet si velit, quia nemo in tutela succedit, nisi in tantum quantum hæres tenetur perficere.*

10 *Mulier tutrix esse non potest, nisi sit mater, vel auia, num. 10. & 11.*

11 *Tutor dari non potest habenti tutorem, quia non tutor, sed curator datur ei, num. 12.*

12 *Si pater filio naturali, tutorem, vel curatorem dederit non valet, nisi in his quæ sibi relinquerit, vel legauerit.*

13 *Si aliquis filijs suis in minus solemni testamento, tutorem, vel curatorem dederit nō valet, nisi à Prætore fuerit confirmatus.*

14 *Si pater in testamento suo filio curatorem dederit, poterit dicere, quod non valet, nisi à Prætore fuerit confirmatus.*

15 *Tutor audiendus non est, nisi prius cauerit iudicio sisti.*

16 *Episcopus, vel Monachus, vel alius Regularis, tutor, vel curator esse nō potest: secûs in clericis iure cognationis.*

17 *Si tutor incertus datus fuerit, non valet, nec dari potest.*

18 *Tutor, vel curator minor vigintiquinque annis esse non potest.*

19 *Tutor, vel curator procuratorem dare non potest, nisi post litem contestatam.*

20 *Tutor, seu curator rem immobilem pupilli, vel adulti non potest vendere, vel alio modo alienare, sine auctoritate prætoris.*

22 *Possunt tamen obijcere contra tutorem, vel curatorem omnia hic contenta, num. 22. & 23.*

23 *Furiosus, mutus, surdus, vel alias incapax, nequeunt esse tutores, vel curatores.*

24 *Non potest esse tutor pupilli ille, qui habet bona cum illo, aut est creditor, vel debitor, seu fideiussor illius, numer. 24. cum seqq.*

27 *Victricus quando possit esse tutor priuigni, vel non.*

PLVRES tutores, necnon curatores dicunt se esse qui non possunt esse. Idcirco nos videre oportet quas exceptiones aduersus eos obijciendas.

Primô sciendum est, quod tutores alij sunt testamentarij, alij datiui, alij legitimi, vt ait Specul. lib. 1. in rubrica de tutore, vbi de hoc latissimè agitur. De testamentarijs dicitur in §. 1. instit de satisdationibus tutor. & in §. permissum, instit. de tutel. & per totum, qui tutores dari possunt, instit. vbi noster Magister Pich & Speculat. lib. 1. de tutore, §. de testamentario tutore. Summa Angeli, & Syluestri in §. tutela, num. 1. De datiuo tutore dicitur per totum titulum, instit. de Attiliano tut. & in dicto Specul. in tit. de tutore, §. de datiuo tutore. De legitimis tutoribus dicitur in tit. de legitima tutella, & Speculator vbi supra, §. de legitimo tutore, l. 2. tit. 10. part. 3. vbi Gregor. Lop. Ioann. Gutierr. de tutelis, 1. part. cap. 2. per totum. speculo testamentor. glossa 29. princip. num. 4. cum seqq. Parlador. in Sexquicent. differentia 99. num. 1. cum seqq. & Cardosius in praxi, §. tutela, num. 1. 2. & 3. cum seqq. Monterroso in 7. tract. in praxi *de las tutelas*, & ego dixi in meo libro super C. in tit. de confirmando tut. 1 2 3

Tutor, vel curator tria debet facere, sine quibus administrare non queunt, scilicet, quod faciat inuentariū, & quod iuret, & quod caueat sub hypotheca rerum suarum, vt in l. de creationibus, in fine, C. de Episcopali Audientia, & in l. fin. §. cum antiquitas C. de curatore furios. & in authent. hi qui obligat se habere perhibent. resmino. §. si quis, collat. 6. Speculat. lib. 1. in tit. de tutore, §. generaliter etiam, num. 1. cum seqq. l. 94. tit. 18. part. 3. & in l. 9. tit. 16 part. 6. Gutierr. de tutelis, part. 1, cap. 12. Baeça de decima tutor. cap. 2. num. 68. Gutier. de inramento confirmat. part. 1. cap. 73. 4

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

num.1.cum seqq.Spino in speculo testamentorum.gloss.29.num.28.cum seqq. Pichard.tom.1.instit.tit.de satisdat. tut. & curat.Molina de iustit.& iure, tom.1. disput.223.per totam.Scobar de ratiocinijs,cap.3.& 9.& in praxi vide Monterros.in 7.tract.in practica *delas tutelas.* Et ego dico in meo C.in tit.de confirm. tutor,

5 Inuentarium triplex est.Vnum tutoris,& curatoris. Alterum vero, hæredis. Tertium est inuentarium fisci.De inuentario tutoris,vel curatoris loquitur in l. tutores,C.de administrat. tutor. & in l. tutor,qui repertorium,ff.eodem, & in l. fin.C.arbitrium tutelæ,l.15.tit.16.part. 6.Paz in praxi tom.3.cap.6.§.8. num.3. & 4.& Scobar de ratiocin.cap.9.

6 De inuentario hæredis dicitur in authent.hæredibus,&falc.§.scimus igitur, collat.1.ibi,inuentarium ab hærede, vbi Angelus de Vvallis,num.28. & in l. scimus 22.C.de iure deliber.Guido Papa, decis. 351. & 352.& melius decis. 572. per totam, quam vos legite, Cepola in cautela 7.l.7.tit.11.part.6.l.5.cum seqq. tit.6.part.6.Ayora de partit.part.1.cap. 2.& 3.Spino in speculo testamẽtorum, gloss.35. principali, Scobar de ratiocinijs,cap.9.supra iam citato,& in l.99. & 100.tit.18.part.3. Gutierrez de tutelis, part.2.cap.1. & 2. Anton. Gom. tom.1. cap.5.num.12.Monterroso in 7. tract.in practica *del inuentario*, Ribera part.1. fol.14.Mascard.de probat.conclus.939. Petrus Gregor.3.part. syntagm. lib.46. cap.2.ex num.1. Matienç. & Azeuedo, in l.1.tit.3.lib.5.Recopil.Pichard. tit. de hæred.qual.§.sed ex nostra 7.instit.Syluester in summa,§.inuentarium,& summa Angelica in eodem § Roderic. Xuarez in repetit.quoniam in prioribus,limitat.7.num.11.& 18.cum alijs,vbi Valdes,Molina de iustit. & iur.tom.1.disp. 219.Aluar.Valasc. in consultationibus, consult.52.per totam,Socinus reg.170. vbi ponit plures fallẽtias,Zeuallos,tom. 1.quæst.444.& in quæst.589.& in quæst. 691.Bobadilla in Polit.lib.2.cap.18.nu. 179.& 180.Monticulus in tract.de inuẽtario,idem Zeuallos tom.5.quæst.78.

De inuẽtario fisci dicitur in l. si quis, 7 C.de bonis proscriptorum,7.in ordine, vbi ordinerij,& in l.fin. C. de bonis vacantibus,lib.10. Anron. Gom. tom.3. cap.9.num.2.Pinel.de bonis matern.lib. 1.part.2.num.24.cum seqq. Cagnol.in l.77.Tauri,glossa 1.Paz in rubr.ad ll.styli,num.17.

Maritus tutor,vel curator suæ vxoris 8 esse non potest:& ratio est; quia si male gereret vxor propter affectionẽ sibi remiteret,vt in §.fin.instit.de excusat.tut. & in l.maritus,C.qui dare tutores, Speculat.in tit.de tutore,§.vt autem, num. 3.vbi disputat an vir possit dari curator ad litem vxori,l.3.vbi gloss.9. & 10.tit. 17.part.6.Parlador.lib.1.rerum quotid. cap.12.num.7.& 8.& in gloss.4.& 5.l.3. tit.11.p.2.Ioann.Gutier. de tutelis part. 1.cap.20.num.31.Azeuedo in l.8.tit.1. num.47.lib.5.Recopil. Bertachin. in repertorio,part.2.§.maritus alienat. Pich. in tit.25.de excusat. tutor.in principio, num.19.Molina de iustitia, & iure, tom. 1.disput.221.circa finem,vers. item maritus,fol.1368.

Si hæres tutoris tutor esse velit, audi- 9 ri non debet,quia nemo in tutela succedit,nisi in tantum quantum hæres tenetur perficere ea quæ inchoata fuerunt ab illo,cuius est hæres,vt in l. qui aliena, §.tutoris,de negotijs gestis,l.fi seruus,§. si viuo,C.de infam.& in l.furti,§.penultimo,de hæred.tutor.l.hæres socij,l.veterum,de negot.gest.in C.vbi DD. ordinar.& in l.1.C.de hæredib. tut.

Mulier regulariter loquẽdo filijs alie- 10 nis tutrix dari nequit,sed si sit mater,seu auia maior proprijs filijs,seu nepotibus, dari poterit tutrix,vt in l.fin. ff. de tutellis,l.1.& 2.de regul.iuris,vbi Decius,numer.18.cum sequentib.Speculat. lib.1. tit.de tutore, §. nunc,num. 5. & per totum,vbi de hac re latissimẽ agitur, & in l.iure nostro 26.ff. de testamentaria tutela,Gutierrez de tutellis, part.1.cap.8. per totum,Baeça de decima tutor. cap. 8.num.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

8.num.38.Spino gloss. 29.num. 24. l. 4. tit. 1. part. 6. l. 3. tit. 7. lib. 3. fori, Pichard. tit. de legitima patronor. tut. §. vnico, n. 4. 5. & 6. & infra num. sequenti.

11 Mater, & auia etiam si sint minores 25. annis possunt esse tutrices iuxta praxim Montis Roscii in 7. tract. in practica de tutelis, quem sequitur Torneus in praxis tabellionum, lib. 8. tit. 7. de aduertentijs tutelarum, aduertentia 3. ibi: *Ni menor de 25. años, sino fuesse madre, que para la tutela lo puede ser*, fol. 291. Molina de iustitia, & iure, disputat. 221. fol. 1364. Sed Ioann. Gutierr. de tutelis, part. 1. cap. 7. num. 2. & 29. hoc confirmat quando adsit consuetudo, secùs alias. De iure vero cõtrarium sancitum reperimus, vt in l. fin. C. de legitim. tutel. & in §. vnico, in finalibus verbis, instit. de excusat. tutor. & Pichard. ibi in princip. num. 14. Specul. lib. 1. num. 4. 5. & 6. tit. de tutore, §. nunc, qui dicit, an postquam mater 25. minor deuenerit ad legitimam ætatem, possit habere tutelam filij. De iure nostro Regio facit l. 4. tit. 16. part. 6. vbi Gregor. Lopez in glossa 5. & 7. & 8. in fine, Spino in speculo, glossa 29. principij, numer. 14. Caldas Pereira in l. si curatorem, verbo, sine curatore, num. 112. C. de in integrum restitut. Barbosa in l. si constante soluto matrimon. num. 131. Zeuallos quæst. 805. num. 31. Boerius de cis. 124. num. 7. part. 1. Bertachin. in repertorio, part. 2. verbo, mater tutrix.

12 Tutorem habenti tutor dari non potest, quia non tutor, sed curator datur ei nisi in casibus tituli, C. quibus casibus habenti tut. vt in §. interdum, instit. de curatoribus, vbi gloss. dari non potest, quæ excipit sex casus, vbi Pichard. num. 4. & 10. l. cum iure 9. C. qui petant tut. & in l. si fororis, C. qui dari tutores, & in l. 1. C. in quibus habenti tut. & l. solet 13. vbi gloss. & in l. 3. si pupillus, ff. de tutelis, Speculat. tit. de tutore, §. generaliter, numer. 8. & 9. l. 13. vbi gloss. 6. cum seqq. tit 16. part. 6. Gutierrez de tutelis, part. 1. cap. 19. num. 32. Baeça de decima tutelæ, cap. 8. num. 3. Bertachin. in repertorio, part. 3. §. tutor quibus detur.

Si pater filio naturali tutorem, vel curatorem dederit, non valet, nisi in his, quæ sibi quocumque modo relinquerit, vel legauerit etiam in testamento non solemni, & tunc à iudice debet confirmari, vt in l. fin. C. de confirmando tut. vbi Bald. & Salicet. & in l. naturali 7. ff. eodẽ tit. De iure Regio facit l. 8. vbi gloss. 1. & 2. tit. 16. part. 6. Gutierrez de tutelis 1. part. cap. 11. per totum. Ego tamen dixi in meo libro super Codice, in ea lege. De cius in l. quo tetula, §. nemo potest dare tutorem, num. 6. ff. de regulis iur. Greg. Lopez in glossa 3. l. 6. tit. 16. part. 6. Molina de iust. tom. 1. disp. 220. fol. 1356. vers. filijs etiam naturalibus, Specul. in tit. de tutore, §. si tutor, num. 2. 13

Si aliquis filijs suis in testamento minus solemni, tutorem, vel curatorem dederit, non valet, donec à Prætore nõ fuerit confirmatus, vt in l. qui à patre, l. si filio, de confirmando tutore, l. tutores, §. curatores, de administr. tutor. vbi Bart. & DD. ordinarij, & in l. neque 2. vbi glossa solet, C. de confirm. tut. vbi Bald. & Salicet. Speculat. in lib. 1. tit. de tutore, §. si tutor, num. 2. & num. 1. ibidem Gutierr. de tutelis, part. 1. cap. 6. num. 4. & 5. Molina de iustit. tom. 1. disp. 220. fol. 1356. vers. filio emancipato. 14

Si pater in testamento filiò suo curatorem dederit, poterit dicere, quod non valeat, nisi a Prætore fuerit cõfirmatus; quia curator testamento non datur, datus tamen confirmatur decreto Prætoris, vel Præsidis, vt in l. de creationib. C. de Episcop. Audient. & in §. 1. instit. de curatoribus, & in l. penultima, de curatoribus, & de confirm. tut. l. 1. & 2. l. curatorem. C. de negot. gest. Spino in speculo, gloss. 29. num. 33. cum seqq. Cardoso in praxi, §. tutor, num. 26. 15

Tutor nisi caueritiudicio sisti, audiendus non est, vt in l. sancimus, §. defensionem, C. de administ. tut. & sic tutor, qui non satis dederit, nec inuentarium fecerit, non potest exercere momentaneæ possessionis iudicium, nisi magnum pe- 16

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

riculum sit in morâ, vt in l.fin. & per totum tit. C. de tutor. & curat.in l.tutor, qui repertorium, de administr.tut.

17 Episcopus, vel Monachus, vel Regularis non possunt esse tutores: clerici tamẽ si volunt, possunt legitimã tutelam exercere, sed si eam prius susceperunt, quam fierent Monachi, vel Episcopi non finitur tutela iam susceptа; quia quędam impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta, vt in cap.ne apud, 83.dist. & in cap. Cyprianus 21.quæst.3.& in l.generaliter 51.cum authent.præsbyteros ibi posita, vbi ordinarij, C. de Episcop.& cleric.§.Deo, in authent.de SS.Episcopis, collat.9.& Specul.in lib.1. tit.de tutore, §.generaliter, num.10.11. & 12. & in l.14.vbi gloss.3.Gutierr.de tutelis, 1. part.cap.1.num.26.cum seqq.Molina de iustit.tom.1.disput.221.fol.1365. Didacus Perez in l.1.gloss. 1. tit.3 .ordinam. pag.60.col.1.versic.aliud etiam, Syluester,& summa Angelica, §.tutela, num. 3. Et coram quo iudice sit tutela discernenda,& quando ille cui dandus fuit tutor est clericus, dicit Maranta de ordin. iudic.part.4.dist. 11. num. 39. Spino in speculo, gloss.19.num. 18. Bertachin. in repertorio part.1.§.clericus tutor.

18 Si incertus tutor datus fuerit datio non valet, quia tutor incertus dari non potest, vt in l.tutor, ff. de testamẽtaria tutela, §.tutor, instit. de legatis, vbi gloss. in certus, cum additione ibidem posita, & in l.tutor ita 23.vbi glossa de testam.tutela,& in l.duo sunt 30.ff.eod.vbi gloss. neuter est tutor,& in §.incertis, instit.de legatis, vbi Pichard. quibus in iuribus dicitur, quando incertitudo vitiet, vel non vitiet actum, Gutierr. de iuram. cõfirm. part.1.cap.64.Anton.Gomez tom.2. variar.cap.11.num.7.cum seqq.& num.49 & 50.Parlador.lib.2. rerum quot. cap.3. num.31.

19 Generaliter contra quemlibet tutorem,& curatorem opponi potest de ætate, vt quia est minor 25. annis, vel quod aliàs eget alterius cura, quia minor 25. annis tutor alterius esse non potest, quãuis sit mater, vel aui a, nisi illic vigeat consuetudo, vt supra iam diximus num. 11. eo tit.& probatur in l.fin.C.de leg.tutela,& in §.minores, instit.de excusat. tut. & in §.furiosus, qui testamento tut. dari possunt,& in §.fin.de fiduc.tut. instit.& in l.cum filios, lib.10.C.qui ætate se excusserint,& in l.fin.in fine, de legitim. hæredibus, l.4.tit.16.part.6.vbi gloss.5.7.& 8. Montaluus in gloss. 1. l.1. tit.7. lib.3. fori, Gutierr.de tutelis, part.1.cap.7. nu. 18.Specul.in tit.de tutore, §.generaliter num.1.

Tutor, vel curator procuratorem dare non potest, nisi post litem contestatã, vt in l. neque, C. de procurat. l. 3. tit.5. part.3.& de hoc iam supra ea 3.part.dixi mus in cap.12.de exceptionibus aduersus procurat.num.24.cui te remitto. 20

Tutor, vel curator non potest rem pupilli, vel adulti vendere, vel alio modo alienare sine decreto Prætoris, nec pignori obligari, nisi illa quæ seruando seruari non possunt, vt in l.lex tutores 22.in fine, C.de administr.tut.ibi in §.iam ergo, vbi gloss. exceptis,& in l.1.&2.C.de prædijs minor.& in tit. quando decreto opus non est C.& in l.fin.in fine, de suspectis tut.& in l.tutor, §. si tutor, de administrat.tut.& in l.curator, & in l. si in rem, C. si aliena res pignori data sit, l. 4. tit.5.part.5.l.18.tit. 16.part. 6. Anton. Gomez tom.2.cap.14.num.13.Spino in speculo gloss.29.princ.num.61.cũ seqq. Molina de iustit.tom.1. disput.224. fol. 1387.cum seqq.Gutierr.de tutelis,part. 2.cap.5.& in cap.21.l.60. tit. 18. part.3. Monterrosus in 7.tract.*en la practica de ventas*, puncto 7. Ribera part.1. fol. 77. *de sus notas de escriuanos*, Dinus in reg. quæ contra ius fiunt, de reg. iur. num.1. & 2.P.Manuel Rodrig.in summa, §. tutor, num.8.& 11. 21

Non potest esse tutor, qui capite minutus est, l. legitimos in fine, ff. eodem tit. Item quãdo tutor, vel curator,& seruus, seu pupillus, & super quæstione seruitutis patitur quæstionem, l.1.de tutelis l. si pupillorũ, C.de testam.tut.§. seruus, instit. 22

Instit. qui dari tut vel curat. possunt. Itẽ quãdo is cui datus est tutor excedit 14. annos, vel 25. vt in princip. instit. quibus modis tutela fin. & inst. de Attiliano tut. Item potest excipi cõtra tutorem, quod est datus à testatore sub cõditione, quæ existat ad certum tempus, vel ex certo tempore, quod præterit, instit. qui dari tut. possunt. §. ad certum, quod intellige de testamento, qui datur sub cõditione, & Specul. de tutore, §. generaliter, n. 14. Item excipitur contra tutorem, & curatorem, quod est suspectus, & postulatus, vel iam remotus, vel est sibi administratio interdicta, de solutionibus, l. quod si fortè, §. 1. & in cap. venerabilis, extra de offic. deleg. & in cap. quia 2. q. 2. idẽ Specul. vbi sup. num. 17. Molina de iustit. disput. 221. per totam, part. 1.

23 Seruus non potest esse tutor, nec curator, etiam si ex testamento relinquatur, nisi fortè sub cõditione relinquatur. Mutus tamen nequit esse tutor, nec surdus, qui omnino non audit, idem dicendum de cœco, qui omni visu est priuatus: itẽ qui compos sui non est, aut minor 25 annis tutores esse non possunt, etiam si ex testamẽto tutores dati sint. Et simili modo dicendum de furioso, de prodigo, de infami, de eo qui malis moribus affectus est. Item qui morbo perpetuo laborat, ita vt rectè administrare non possint bona minoris, aut quocumque alio simili perpetuo impedimento est impeditus, nec tutor, nec curator esse potest, vt per tot iura citata à Molin. de iust. tom. 1. disputat. 222. per totam, cui libenter te remito.

24 Non potest esse tutor pupilli ille qui habet bona cum illo, aut est creditor, vel debitor, seu fideiussor illius, vt in auth. vt hi qui obligat. se habere perhibẽt. §. sed & si quis, collat. 6. & in auth. minoris, C. qui dare tut. vel curat. vbi DD. ordinar. Specul. in tit. de tutore, §. generaliter, n. 12. l. 14. vbi gloss. 5. tit. 16. part. 6. Gutier. de tutel. p. 1. cap. 12. per totum, & Molin. de iust. tom. 1. disp. 221. vers. qui minori debet, fol. 1265. sed hoc limitatur in matribus, vt in num. sequenti.

Matres debitrices, & creditrices ad tutelam, & curam filiorum admittuntur sine prohibitione, nec ius iurandũ de secũdis nuptijs non fiendis exigatur, vt per tot. auth. vt sine prohibitione matres debitrices vbi Angel. Perusius, & Bart. sed tamen hoc limitatur num. sequenti. 25

Si mater, & auia iudici promisserint non nubere durante tutela queunt esse tutrices: secùs autẽ si non promisserint non nubere: vel si mater suscepta filiorũ tutela nupserit; quia tunc perdet tutelã & filij ab eius tutela, & potestate extrahũtur, & tutela eorum datur propinquiori consanguineo idoneo, & bona tàm matris, quam viri, cum ea nubẽtis sunt obligata filijs pro debito tutelæ, vt in §. præterea, in auth. vt sine prohibitione, & in auth. Sacramentum, C. quando mulier offic. tutelæ, & in §. fin. collat. 4. in auth. de restitut. & ea quæ parit in vndecimo mens. & in §. si autem tutela, in auth. de nuptijs, collat. 4. & in l. 4. vbi gloss. 11. cũ seqq. & in l. 5. vbi Greg. Lop. tit. 16. part. 6. Gutierr. de tutelis, p. 1. cap. 9. per totũ, & l. 95. tit. 18. part. 6. Gutierr. cõs. 52. Anton. Gomez in l. 14. Tauri, n. 10. cũ seqq. Matiẽç. & Azeu. in l. 3. tit. 1. lib. 5. Recop. gloss. 2. Sãchez de matrim. lib. 7. disp. 88. num. 4. cum seqq. vbi plures DD. citat, quos per te videre possis. 26

Vitricus non potest dari tutor priuigno, quando apud eum educari possit: secùs verò si apud eum educari nõ possit, vt in l. si pater, vbi gloss. 1. & DD. C. contrario iud. tutelæ, & in l. 1. vbi gloss. si nõ vitricum, C. vbi educari debeat, Bald. cõs. 310. lib. 4. Curtio Iuniore, cons. 94. n. 8. lib. 3. Aym. cons. 90. n. 7. Gutierr. de tutelis, p. 1. cap. 8. nu. 77. cum alijs, Sãchez de matrim. lib. 7. disp. 88. num. 16. vsque ad 20. gloss. 5. l. 19. tit. 16. part. 6. Gutier. cons. 52. num. 5. cum alijs, Bertacbin. p. 3. versic. vitribus, Specul. in tit. de tutore, §. nunc, num. 4. versic. verum tamen vitricus, Cotta Catalini, verb. vitricus. 27

* * *

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

CAPVT XV.

De exceptionibus contra curatorem datum adulto.

1 SVPRA Diximus de exceptionibus contra tutores. Nunc aliquid videamus contra curatorem datum adulto. Et primo sciendum est, vtrum si agit tanquam curator adolescentis, vel furiosi, vel dementis, vel prodigi, vel alterius maioris. Si tanquam curator adolescentis omnino dat rationem, vel vtrum fuit generaliter datus, vel specialiter ad litē certæ rei: Si generaliter videre oportet à quo fuit datus, & omnia alia, quæ supra diximus in cap. antecedenti.

2 Secundò, in eum potest obijci de inuentario, de ætate, de satisdatione, de iuramento, & de omnibus alijs dictis de tutoribus.

3 Item potest obijci, quod non fuit curator datus volenti, & petenti, vt in l. qui hæres, in §. penult. de tutelis.

4 Item, si datus fuit ad certam causam, vel ad litem certam non poterit obijcere tutor: quia fortè poterit dari à quolibet iudice, sub quo litigatur, vt in l. si in fine, 1. responso.

5 Item, potest obijci, quod ætas minoris adulti est iam completa, vt supra diximus.

CAPVT XVI.

De exceptionibus contra curatores, prodigorum, furiosorum, vel aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Curatores dantur furiosis, prodigis, & mentecaptis, surdis, mutis, & morbo perpetuo laborantibus.*

2 *Minoribus furiosis datur curator, potius ratione ætatis, quam furoris.*

3 *Curatores, quo casu dantur pupillis.*

4 *Potestas curatorum, furiosum, prodigorum, aliorumque, qualis sit.*

5 *Primo obijci queit contra istorum curatorem, quod non sunt prodigi, vel furiosi, vel mentecapti.*

6 *Si curator dicit se in testamento datū à patre: obijci potest, quod non est cō firmatus à iudice.*

7 *Tamen obijci queit ei, quod non obseruatum fuit, quod in l. de creationibus continetur.*

8 *Et tamen obijci queit, quod supra diximus obijcienda legitimo tutori, & de inuentario, & de satisdatione, & cæteris.*

9 *Et quando curator dicit se simpliciter datum à iudice, obijcitur ei, quod est alius testamentarius, seu legitimus.*

10 *Si dicit se curatorem alicuius personæ maioris, obijcitur, quod personæ maiores non possunt habere curatorem, quibusdam exceptis.*

11 *Item obijcitur, quod est finita causa, propter quam fuit datus curator.*

CVRATORES Dantur furiosis, prodigis, mētecaptis, surdis, mutis, & morbo perpetuo laborantibus, vt in l. 1. de curatoribus furios. & prodig. dād. & per totum tit. & in §. furiosi, instit. de curat. vbi Pich. per 5. numeros, l. 13. vbi gloss. 1. tot. 6. part. 6. & in l. 13. vbi gloss. 5. 6. & 7. cum seqq. tit. 1. part. 6. Bart. in l. 1. de verb. signif. nu. 9. & 10. Specul. tit. de curatore, §. dantur. Ego que in tit. de curatore furios. dand. 1

Minoribus furiosis, vel alijs datur curator potius ratione ætatis, quam furoris, vt in l. qui habet, §. quod autē, de tutelis, gloss. curatores dare, in §. furiosi quoque, instit. de curat. vbi DD. ordin. Specul. vbi supra num. 2. 2

Curatores testamentarios, vel legitimos, vel datiuos, non habentibus pupillis, vel minus idoneos habentibus, vel ad tempus datos, vel infirmos, vel causa necessaria 3

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ceſſaria impeditos Dãtur tamen curatores, vt mutis, & furdis, & furioſis. Dãtur, & conceduntur quoque omnibus alijs perſonis, quas reperies in l. 1. §. fin. de poſtulando, & in l. 1. cum ſeqq. de priuileg. credit. & in Speculatore vbi ſup. num. 3.

4 Curator iſtorum furioſum habet poteſtatem plenam, atque adminiſtrationem rerum. Sed curator bonorum, & curator ventris habent ſolam cuſtodiã rerum, quæ deteriores futuræ ſunt, & vindicationem, vt in l. inter bonorum, de adminiſtr. tut. & cætera infra citata per Specul. in tit. de curatore, §. & ſcias, & gloſſ. 8. iuxta finem, l. 19. tit. 5. p. 3. gloſſ. 3. col. 2. poſt medium, l. 23. tit. 13. p. 5.

5 Supra manet ſcitum, quibus perſonis maioribus debeat dari curatoribus. Nũc ſciri reſtat quas obijciẽdas exceptiones contra curatores iſtorũ poſſe. Et ſic primo dico, poſſe obijci contra iſtos curatores, quod illi quibus dantur non ſunt prodigi, vel nec furioſi, nec mentecapti: & tunc ipſe curator tenetur probare eſſe illos prodigos, furioſos, vel mentecaptos, & legitime eis fuit facta interiectio, vt in l. is cui, de tutoribus, & curat. datis ab his 17. §. 1. & in l. filiũ 6. ff. de acquir. vel omitt. hæred. & in l. nec codillos 5. C. de codic. l. de minore, §. fin. de quæſtionib. l. 1. ff. de curat. furioſi.

6 Curator quando dicit ſe curatorem in teſtamento datum â patre, vel dicit ſe eſſe legitimum, vel datiuum ſimpliciter, poteſt contra eum obijci, quod non valet ex eo, quod non fuit à iudice confirmatus, vt in l. ſi furioſo 16. de curat. furioſ. & in l. ſi filio, de confirm. tut. & in l. fin. §. ſed cum antiquitas, C. de curat furioſ. & in l. de creationib. C. de Epiſcop. Audient. & in §. 1. inſtit. de curat.

7 Poteſt quoque obijci curatori, quod non fecit, nec obſeruauit omnia, quę cõtinentur in l. de creationibus, C. de Epiſcop. Aud. videlicet, quod iuret, & promittat omnia ſe rectè, & cũ vtilitate furioſi gerere, neque prætermittere, quæ vtilia eſſe furioſo putauerit, nec admittere ea, quæ non vtilia furioſo eſſe exiſtimauerit, & inuentario cum omni ſolemnitate publicè conſcripto res ſuſcipiat, & ſecundum ſuam opinionem diſponat ſub hypotheca tacita rerum ad eum pertinẽtiũ ad ſimilitudinem tutorum, & curatorũ adulti, vt in d. l. vbi DD. & gloſſ. & ſup. diximus ineo de tutore, num. 4.

8 Et quando curator dixerit ſe datum 9
à iudice, poterit obijcere illi, quod eius datio non vale, quia vt alius legitimus, vel teſtamentarius ei præferẽdus, vt per totum tit. ff. & C. de legitima tut. & de teſtamentoria tut. Specul. in tit. de curatore, §. cum autem, num. 1.

Si forte curator dicit ſe eſſe alicuius 10
perſonæ maioris 25. annis, obijcite ei, quod maiores 25. annis nequeunt habere curatores, vt in l. 1. in fine ibus verbis, ff. de poſtul. & in l. 2. 3. & 4. ibidem. & in l. 4. in fin. cũ duab. ſeqq. ff. de priuil. credit. Specul. in tit. de curatore, §. cum autem, num. 3. & in tit. de tutore, §. cum autem, n. 1. ibi. Itẽ obijcias omnibus, quod is cui datus eſt, non eſt de illis perſonis, cui curator dandus eſt, quas ſupra dixi in §. dantur, & ipſe hoc probabit.

Item, obijci poteſt quod eſt finita cu 11
ra, idem Specul. in §. generaliter, n. 12. & 13. vbi hoc magis declaratur, & ſic concludo, quod contra omnes iſtos curatores perſonarum maiorum poteſt opponi, quod iam finita eſt cauſa propter quã fuit datus curator, puta prodigalitas, furor, & ſimilia, & ita iam ceſſauit officiũ cur. quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. Itẽ, quod nõ fuit inuẽtariũ, quod nõ dedit ſatiſdationẽ, nec prẽſtitit iuramentũ, nec alia quæ requirũtur iuxta à nobis ſupra propoſita in cap. de exceptionib. cõtra tutores, quas hic repetere poteſt.

CAPVT XVII.

De exceptionibus contra curatorem datum bonis.

SI quis veniat, dicens, ſe curatorẽ datũ bonis, tu poteſt obijcere, quod verũ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

est,quod in certis casibus cõcessum est, vt bonis curator detur, & certo modo debet dari,de quibus loquitur, vt per totum tit.de curatore bon. dat. Specul.in tit.de curatore,§. cum autem, num. 14. cum seqq.&in l.14.tit.16.part.3. l.4.tit. 29.part.2.Paz in praxi,tom. 1.par.3 fol. 38.Parlad.in sesquicent. q. 2. Scobar de ratiociniis,cap.6.num. 47. cum seqq.& aduersus eũ obijcere potest, quòd nondũ euenit casus, in quo debeat dari, vel quod sunt hæredes bonorum, aut quod est administrator eorum, vel quod non fuit seruata forma, nec inuentarium fuit factum,vt in locis supra citatis, Specul. in tit.de curatore,§.cum autem,num.14 re,§. cum autem,num.17.per totum, cui te remitto.

CAPVT XVIII.

De exceptionibus contra curatorem datum ventri.

1 CVRATOR Quando datur ventri, & occasione ventri. Forma primo attendenda est,videlicet, an tantum sit datus ventri, an ventri, & bonis, vt in l.1.& in §.quoties autem,ff.de ventre in possess.mitt.l.7.vbi gloss.7.tit.27.part. 3.l.18.tit.11.part.3.gloss.14.l.2.tit. 14. part.6.l.16.tit.6.part.6.l.3.tit.6.lib.3.fori,vbi gloss.2.

2 Et quando curator fuerit datus ventri,potest obijci ei,quod cui venter cui datus est,non & prægnans, nec est certum,sed per calumniam desiderat se mitti in possessionem, & quod abortibum fecit,vel talem ædidit, qui est à successione repulsus, vel exhæredatus, vt in l. cum non prægnans,ff.de his qui notantur infamia,& in l.1.si mulier ventris nomine,§.hoc edictum,ff. & per totum titul.de ventre inspiciendo.

3 Potest attamẽ obijci de personis, quę debuerunt dari, & de non confecto inuentario, & de omnibus exceptionibus supra obijciendis tutoribus minorum, & aliorum,vt Speculat.in tit. de curato-

CAPVT XIX.

De exceptionibus quæ opponi possunt contra libellum.

SVMMARIVM.

1 *Libellus quis sit.*

2 *Si libellus sit obscurus, eidem respondere non debetur,*

3 *Libellus si non contineat causam petendi, vel actionem, non valet.*

4 *Si libellus generaliter loquatur, reprobari potest.*

5 *In actione reali libellus poterit reprobari nisi proprium nomen fundi, si nomen habet, exprimatur, & locus vbi est, cum limitibus.*

6 *Quando per libellum petuntur res mobilis, quomodo petuntur declaratur hic.*

7 *Si agatur nomine alicuius, debet libellus formari nomine illius, alias non debet ei respondere.*

8 *Libellus quando inepte formatus est, poterit reprobari, & repelli,*

9 *Libellus reprobari potest, nisi per eum Reus certificari potest, quo iure, atq; actione vellit agere.*

10 *Libellus si non offeratur litis contestatio non valet, præter quam incertis casibus,*

11 *Clausula libello posita*, Como mejor aya lugar de derecho, *quid operetur,*

12 *Libelli clausula*: Porque pido que auida mi relacion por verdadera en quanto baste,

13 *Clausula*: Por su sentencia difinitiua, ô por otra tal que en tal caso lugar aya,

14 *Clausula*: Y assi condenado a ello le compela, y apremie, *qualiter intelligatur.*

15 Clau-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

15 *Clauſula*, ſobre lo qual todo pido cũ plimiento de juſticia, *plures effectus habet.*

16 *Clauſula*: Y el oficio de V.m. implo-ro, *quid operetur.*

17 *Clauſula*, Y las coſtas proteſto, *quid operetur.*

18 *Clauſula*: Y juro a Dios, y a eſta †, no ſer de malicia.

19 *In vno eodemque libello poteſt peti ſimul proprietas, & poſſeſſio.*

20 *In libello vno poſſunt intẽtari multæ, & diuerſæ actiones dummodo non ſint contrariæ.*

21 *Quando per libellum, fructus, damna, & intereſſe petuntur æſtimari, taxa rique debent à parte.*

1 LIbellus eſt breuis ſcriptura Actoris petitionem, & eius cauſam, & actionem complectens, vt in cap. fin. de libelli oblatione, & in l. ædita, C. de edendo, & dicitur libellus â libro paruo propter ſui breuitatem ſicut codicillus a Codice diminute, Specul. lib. 4. de libelli cõceptione, §. libellus, & in §. ſpecies ſequens, vbi dicitur, quod ſpecies libellorum duę ſunt: vnus acuſatorius, alius ciuilis, qui in ciuilibus porrigitur, l. 40. & 41. Paz in praxi, tom. 1. part. 1. tempore 4. num. 1. cum ſeqq. Azeued. in rub. tit. 2. lib. 4. Recopil. Sylueſt. in ſumma, §. libellus, num. 1. Cardoſius Luſitanus in ſumma aduocat. §. libellus, num. 1. cum ſeqq. Amatore Rodr. in examine proceſſus cap. 5. n. 1.

2 Libellus debet eſſe clarus, non incertus, ſeu obſcurus, etiam hodie ſtante, l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. niſi certificetur exactis, & debet componi compendioſè ſub verbis breuibus, abſque multiloquio verborum, & ſi libellus ſit obſcurus, eidem reſpondere non debetur, vt in auth. de teſtamento imperfect. circa prindipium, collat. 8. vbi dicitur: Nos igitur omnia clara, & aperta conſiſtere volumus, quid enim ſic proprium eſt legum ſicut claritas. Et Speculat. lib. 4. de libelli conceptione, §. quid libellus continere debet, num. 1. cum quatuor ſeqq. & in §. iuxtà prępoſitionis, num. 5. vbi citat plura iura communia, de probat. D. Paz in praxi, tom. 1. part. 1. tempore 4. num. 6. 7. & 18. Azeuedo in l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. num. 113. cum ſeqq. & in l. 4. tit. 2. lib. 4. Recop. num. 1. cum ſeqq. Cardoſo in praxi, §. libellus, num. 19. cũ ſeqq. Amat. Rodrig. in exam. proceſſus, cap. 5. num. 7. cum ſeqq. Maranta de ordine iudic. §. de libelli oblatione, num. 2.

Non valet libellus, qui non continet 3 cauſam, vel actionem petendi, vt in l. edita actio 3. vbi dicitur: quod libellus Actoris, qui æditur Reo debet clarè continere id ſuper quo litigare debet. & in cap. fin. de libelli oblatione, & in l. fin. C. de annali except. & in l. 1. ff. de edendo, vbi DD. ordinarij, Speculat. lib. 4. de libelli conceptione, §. iuxta. n. 6. cum ſeqq. Paz in praxi, tom. 1. temp. 4. num. 16. & 22. Amator Rodr. cap. 5. num. 9. cum ſeqq. de modo exam. & in l. fin. in fin. gloſ. fin. tit. 2. part. 3. Didac. Perez, gloſſ. 3. pag. 535. col. 2. verſ. ſecunda regula in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin.

Libellus, ſi generaliter, atque indiſtin- 4 cte loquitur, non valet, imò reprobari queit, vt ff. de iure fiſci, l. infra fidei, vbi dicitur: quod generalitas parit obſcuritatem, vt in l. verbum, §. pertinere, ff. de verb. ſign. l. domum, C. de rei vind. vbi innuitur, quod quando aliquis dicit, aliquid ad ſe pertinere, dicere debet quare pertinet, & ad hoc facit l. 2. §. circa, de exception. vbi dicitur, quod ſtipulatio nõ valet, niſi cauſa ſit appoſita, Specul. vbi ſup. §. iuxta, n. 1. & in n. 6. & 10. verſ. itẽ non valet, Paz in praxi, tom. 1. temp. 4. n. 19. Amat. Rodrig. de modo exam. c. 5. n. 10. Cardoſ. in praxi, §. libellus, nu. 19. Azeued. in rubric. tit. 2. lib. 4. Recopil. num. 5.

In actione reali libellus poterit repro- 5 bari niſi proprium nomen fundi (ſi nomen habet) exprimatur, & locus vbi adeſt cum limitibus, niſi oculo ad oculum oſtendatur, & ſi proprium nomẽ nõ habet duo priximi fundi, vt in cap. 2. vbi iura in gloſſ. ſignificantibus, extra de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

de libelli oblatione, vbi Abb. & in l. fi in rem, de rei vindicat. & in l. forma, de censibus, Speculator vbi supra, §. iusta, nu. 11. cum seqq. Iasso in §. omnium, inst. de actionibus, num. 164. l. 45. cum seqq. tit. 2. part. 3. l. 4. tit. 2. lib. 4. Recopil. vbi Azeued. num. 1. cũ seqq. Paz in praxi, tom. 3 cap. 1. §. 3. per totum.

6 Quando per libellum petitur aurum, vel argentum, debet exprimi materia, & pondus, si vero seruus petatur, debet exprimi nomen eius: si pannus debet dici color; si vero aliquid aliud petatur, debet nomen eius exprimi; si equus, vel asinus, vel bos, debet inseri, vtrũ sit niger, vel aluus. Si vero aliqua res mensurabilis petatur, debet dici quot mensuræ petãtur: si vero petatur ciphus, vel lanx, debet dici si sit rotundum, vel quadratum, vel purum, sine aliqua scultura, vt hæc omnia probantur, ff. de rei vindicat. l. si in rem, & in l. si quis vxor, §. si aliena, de furtis, & in l. 1. si quis argentum depositi, Specul. vbi supra, §. iusta, num. 14. cum sequentib. l. 15. & 25. tit. 2. part. 3. l. 4. tit. 2. lib. 4. Recopilat. Amator Rodriguez de modo examin. cap. 5. numer. 6. cum sequentib. Paz in praxi, tom. 3. cap. 1. §. 1. per tot. Cardos. in praxi, §. libellus num. 3.

7 Libellus nomen actoris, aut accusatoris debet continere si ipsemet compareat: si vero eius procurator tunc eius nomen in libello apponendum erit, & sic si agatur nomine alicuius Ecclesiæ, per Prælatum, vel per syndicum, vel per procuratorem, vel per actorem, vel per œconomum, nisi formetur libellum nomine Ecclesiæ, non debet ei responderi, vt in authent. sed hodie, C. de Episcopis & Cleric. & in cap. inter dilectos, extra de fide instrument. & in cap. literæ, de dilationibus, & in l. in rem actio, §. 1. de rei vindic. Paz in praxi, tom. 1. tẽp. 4. n. 10.

8 Libellus si inepte formatus, vel conceptus est, poterit reprobari per iudicẽ, seu per partem, vt in l. fin. in fin. C. vt nemo priuatus titu. prædijs suis, & in l. 1. de officio Assessorum, & cum dentibus dilianare, vt in cap. sacerdotibus 11. quæst. 1. & in cap. examinata, extra de iudicijs, Specul. vbi supra, §. sequitur, num. 2. l. 14. tit. 9. part. 4. vbi glossa 1. & in l. cum precum, C. de liberali causa, & in l. item apud Labeonem, §. si quis libello, de iniur. Bertachin. in repertorio, part. 2. §. libellus ineptus, per totum, Amator Rodriguez vbi supra, cap. 5. num. 13.

Libellus reprobari potest, quãdo per 9
eum reus cerificari nõ posset, quo iure, vel actione actor agere velit, vt in l. 1. de edendo, iuxta principium legis, vbi DD. ordinarij, & iura alia citata per Pacem in praxi, tom. 1. tempore 4. num. 22. Anto. Gomez variar. tom. 3. cap. 11. num. 5. in medio, Didacus Perez gloss. 3. pag. 535. col. 2. versic. secunda regula, in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordinam. & in l. 4. tit. 2. lib. 4. Recopilat. vbi Azeuedo, num. 1. Amator Rodrig. de modo exam. cap. 5. n. 11. & seqq. & num. 22.

Libellus nisi afferatur litis contesta- 10
tio, non valet, vt C. de litis contestatione, authent. offeratur, in fine, nisi in casibus contentis, C. de sentent. ex periculo recit. authẽt. breuissimas, vbi dicitur, breuissimas lites, & maximè vilium personarum sine scriptis, & sine aliqua expensa cognoscere Præsidem oportet. vt in l. fin. in fine, C. de priuilegijs scholasticorum. lib. 12. Item, & in casibus, qui notantur, in authent. de mandat. Princip. §. sit tibi quoque, collat. 4. & in authent. vt clerici apud proprios Episcopos, collat. 5. & in authent. vt iudi. sine quoquo suffragio, §. necessitatem, collat. 2. & C. de naufragijs, l. de submissis, & in l. vnica, C. de abigeis. Speculator, lib. 4. de libelli conceptione, §. nunc dicendum, per totum, & Bertachin. in repertorio, part. 2. §. libellus necessarius, quando est, vel non, per totum.

Clausula posita in principio libelli di- 11
cẽs: *Como mejor aya lugar de derecho*, operatur, vt in casu dubio libellus interpretetur, eo modo, quo fauorabilius est actori libellãti, vt Felin. in cap. cũ super, colũna penult. & fin. de officio deleg. Alexãder in con-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in consil.7.columna.3. verbo,hoc etiam, in volum.3.Anton.de Butrio,in cap. literæ,extra de dilationibus, & in cap, examinata,de iudicijs,Maranta de ordin.iudic.p.6.§.libelli oblatione,mēb.3.n.10. & plura alia iura citat Paz in praxi, tom. 1.tempore 4.num.12. quem transcripsit ad literam Curia Philippica,part.1.§.11 num.3.& Politica de Villadiego in forma libellandi,clausula 1.& num.1. Azeuedo in rubrica, tit. 2. lib. 4. Recopilat. num.22. Amador Rodriguez de modo exam.cap.5.num.17.in medio, de effectu istius clausulæ *omni meliori modo*, vide in DD.citatis per Bertachinum in repertorio,part.1.in verb.clausulæ libellorum,in verbo, omni meliori modo.

12 Alia verò clausula libelli: *Porque pido, que auida mi relacion por verdadera en quanto baste*; operatur, quod licet quis plura in libello deducta probare teneba tur, sufficiens vnum probare,quãdo capita adducta in libello non sunt diuidua & distincta,vt in iuribus citatis per Bertach.vbi supra in dict. clauſ. verb. super quibus omnibus. Maranta vbi supra,numer.9.& 11. Anton.Gom.tom.3.cap.11 numer.6.versic.secundo limita, Iasso in §.omnium, Instit, de action. num.161. Paz in praxi,tom.1.tempore 4. num.28. cum seqq.Azeued.in rubr.tit.2.lib.4.Recopil.num.16.vbi citat plura infr. Amator Rodriguez de modo exam.cap.5.numer.25.Curia Philipp. vbi supra, num. 12. Politica de Villadiego, vbi supra num.3.

13 Per clausulam libelli: *Por su sentencia difinitiua,ò por otra tal,que en tal caso lugar aya*,inducitur conclusio libelli, & nũ quam omitti debet, quia vis libellorum in ea cõclusione datur,vt gloss.1.in cap. hæc quippe 3. quæst.6. Iasson in l.1.in princip.ff.de edendo, & in §. omnium, de actionibus,num.135.Innocent.in ca. super literis,de rescriptis,Auendañ·responso 1. num. 8. cum alijs. Paz in praxi tom. 1. tempore 4. numer. 30. cum seqq.Amator Rodriguez de modo examin.cap.5.num.26.cum seqq. Azeuedo in rubrica,tit.2.lib.4.Recopilat.num.17 cum seqq.Curia Philippica vbi supra numer.13.Villadiego in Politica sup.nu.3.

Clausula quæ tamen subsequitur di- 14
cens. *Y assi condenado a ello le compela, y apremie por todo rigor de derecho.* De ista clausula agit Bald.& Iasson, & reliqui citati per Paz in praxi, tom. 1. tempore 4. num.33.cum seqq. Azeu.in dict.rubrica num.18.ibi 5.clausula solet Amador Rodrig.vbi supr.cap.5.num.26. Villadiego in Polit.num.4.

Alia vero clausula,quæ in libello ap- 15
poni solet,*que dize. Sobre todo lo qual pido cumplimiento de justicia.* Salutaris appellatur,& nunquam omittenda, tàm ex parte Actoris,quam ex parte Rei, nam plures effectus opetatur,multique defectus per eam supplentur,vt ait Anton.de Butrio in cap.2.de libelli oblatione. Panorm.& alij relati per Paz vbi supra, numer.35.Maranta de libelli oblatione, numer.9.Auend.respons.1.num.18.& Azeued.in rubr.tit.2 lib.4. Recop. num.22. Amador Rodrig.de modo exam. cap.5. num.3.Curia Philipp.vbi supra,num.15 Mieres de maioratu, in initio part.3.numer.13.Iasso in §.omnium,instit.de act. n.147.Polit.de Villadiego vbi sup.nu.5.

Libelli clausula: *Y el oficio de V. m imploro*, operatur, quod iudex possit officium suum ad vtilitatis petentis cõcedere, licet aliâs ad vtilitatem priuatã illud impartiri nequeat,vt in l.4.§. hoc autem iudicium,de damno infecto,vbi Bart.& omnes,Innoc.& Panorm. in cap.ad nostram 2.de iure iurando, Azeu. in rubr. tit.2.lib.4. Recopil. num. 19. cum seqq. Paz in praxi,tom. 1. tempor. 4. num.36. Amator Rodr. de modo exam. c.5.n.29. Cur. Philipp. vbi sup. n.14. Villadiego in Polit.de forma libellãdi, vbi citat alia infra communia. 16

Clausula quę in fine libelli apponitur: 17
Y las costas pido, y protesto; operatur, nã licet victus condemnandus sit victori in expensis,vt in l. properandum,§. siue autem alterutra, C. de iudicijs, & in cap. calumniam, extra de pœnis, cap. olim

2.de

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2. de priuileg. cap. finem litibus, de dolo & contumacia, l. 8. tit. 3. & l. 7. tit. 22. par tit. 3. Non tamen iudex tenetur hanc cõ demnationem expensarum facere nisi à parte petitæ fuerint, iuxta gloss. in cap. fin. de rescript. Couarr. in pract. quæstionib. cap. 27. num. 5. Rebuff. tom. 3. cõst. in tract. de expensis, Marant. de libellis oblat. num, 12. Paz in praxi, tom. 1. tẽp. 4 num. 37. cum seqq. Azeu. iu d. rub. n. 25. Amator. Rodr. de modo exam. num. 34. cum seqq. Curia Philip. vbi sup. num. 16. Villadiego in Polit. num. 7. cum seqq.

18 Finalis vero clausula, quę se ita habet, *Y juro â Dios, y a est.* † *que esta demanda no la pongo de malicia.* Operatur quod licet hoc juramentum malitiæ præstari debeat super exceptionibus, vel quando aliquid loco exceptionis opponitur semel, & pluries quoties præsumptio est cõtra aliquem, quod malitiosè proponat, & ita ante, & post litem cõtestatam, tâm in prophanis, quam in Ecclesiasticis causis. vt in l. thesaurus, ff. ad exhibendum, & cap. cum dilecti, de electione, cap. pastoralis, de exceptionibus, cap. præsentium, de testibus, lib. 6. & Specul. in tit. de iuram. §. 1. num. 6. & Hostiensis in summa, de iuramẽto calumniæ, §. in quibus, in fine, Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 20. n. 3. dixi in meo libro super Codice, in tit. de calumnia, num. 6. & in cap. fin. de iuram. calumn. & in l. 23. tit. 11. part. 3. l. 1 tit. 4. lib. 3. ordinam. l. 1. tit. 6. lib. 4. Recopil. l. 2. §. sed quia veremur, C. de iure iurãd. propter calumn. & in l. de pupillo, §. qui opus, vbi Bart. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recop. Azeu. in rubr. tit. 2. n. 32. cum seqq. quem videre oportet, Paz in praxi, tom. 1. tempore 4. num. 39. cum seqq. Marãta de iuram. calumn. part. 6. membr. 10. per tot. Curia Philipp. part. 1. §. 11. num. 17. Villadiego in Polit. vbi supra, num. 9.

19 In vno eodemque libello poterit peti simul proprietas, & possessio, l. 4. tit. 2. lib. 4. Recop. vbi Did. Perez, & Azeu. l. 27 tit. 2. part. 3. Curia Philipp. vbi sup. nu. 9.

20 In vno eodemque libello simul possunt intentari multæ, & diuersæ actiones dummodo inuicem non sint contrariæ, vt exemplificatur in iuribus citatis in gloss. l. 7. tit. 10. part. 3. quam citat Curia Philipp. vbi supra, num. 8

Quando per libellum, fructus, dam- 21
na, & interesse petuntur, æstimari, taxarique debent à parte petente, necnon probari salua iudiciali, taxatione iudicis iudicantis, qui semper eos moderat sine remissione calculatorum, vt in l. 53. tit. 5. lib. 2. & l. 22. tit. 9. lib 3. Recopilat. vbi Did. Perez, & Azeued. & Curia Philipp. vbi supra, num. 10.

CAPVT XX.

De exceptionibus, quæ opponi possunt contra testes in iudicijs, vt testificari non valeant.

SVMMARIVM.

1 *Testis esse nequit infamis, conspirator inimicus, corruptus, domesticus, familiaris, & plures alij referendi.*

2 *Testis domesticus à testimonio repelli potest.*

Omnes de domo pro domino suspecti habentur, & euitantor.

Testes tres de sua familia producti ad probandam affinitatem an valeant.

3 *Omnes propinqui dicuntur familiares, vt parentes, liberi, omnesque propinqui, liberti, patron. seruus, gener, nuruſq;.*

4 *Familiares quoque dicuntur, quibus potest producens imperare ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, vel obedientiæ, vel iurisdictionis.*

Testes, quos accusator de domo produxit, interrogari non placet, nec affinis testis admittitur.

5 Per-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

5 *Perſonæ domeſticæ, quæ autē dicātur.*
6 *Teſtis ſi infamis ſit de iure reppelli poteſt, & infamis quis ſit, & 7.*
7 *Latro, vel raptor manifeſtus, infamis eſt, & periurus.*
8 *Infames in quibuſdam caſibus admittuntur pro teſtibus.*
9 *Ferre teſtimonium, dignitas eſt.*
10 *Infamis de iure, non vero facti repellitur â teſtimonio, de iureciuili, ſecus de iure canonico.*
11 *Teſtimonium ferre inter actus legitimos computatur.*
12 *Si teſtis inimicus fuerit eius teſtimonium reprobatur, n 13. & 14.*
13 *Præſumitur contra teſtes ſi cum inimicis morentur.*
14 *Quæ inimicitiæ ſunt, quæ reppellere queunt teſtes, & quæ non declarantur, n. 12. & 13.*
15 *Teſtis niſi iuratus deponat, nō valet dictum ipſius, niſi apertè remittatur.*
16 *Teſtes non plenè probant ſecundū quoſdā, niſi de certo tēpore fecerint mentionem.*
17 *Teſtimonium teſtis excommunicati reprobatur.*
18 *Si teſtis cōſpirator fuerit, reprobatur.*
19 *Pater nunquā poteſt teſtificari contra filium, nec è contra idē de matre, & de omnibus deſcendentibus, & aſcendentibus, vſque in infinitum.*
20 *Fratre pro fratre, vel contra fratrem, an poſsit teſtificari.*
21 *Socius pro ſocio, vtrum teſtimonium ferre queat.*
22 *Teſtificari an poſsint, qui ſunt de collegio, vel vniuerſitate in cauſa collegij, ſeu vniuerſitatis.*
23 *Rector, vel Prælatus Eccleſiæ, an poſſit eſſe teſtis in cauſa Eccleſiæ.*
24 *Teſtis pro quolibet peccato mortali, repellendus eſt à teſtimonio.*
25 *Impubes iurare non poteſt, & an poſtea poſsit teſtificare, de his quæ vidit in ætate pupillari.*
26 *Monachus, Canonicus, vel alius ſub obediētia poſsitus, non poteſt eſſe teſtis ſine licentia eius, cui ſubeſt.*
27 *Excipitur contra teſtem, quando eſt Socius criminis.*
28 *Si quatuor homines dicātur aliquē occidiſſe, & cōſtat eū eſſe occiſū, an accuſator poſsit aliquē illorū in teſtes producere.*
29 *Vaſſallo non creditur in teſtimonio, niſi in deffectu probationis.*
30 *Opponi contra teſtem poteſt, quod obſcure, & confuſſe locutus eſt, & an iterum debeat declarare.*
31 *Teſtis habens cauſam cōtra illū, contra quem producitur, an ſit admittendus.*
32 *Iudex quo in caſu poteſt eſſe teſtis, vel non, & idem de Aſſeſore, aduocato procuratore, & tabellione, num. 33.*
33 *Excipitur contra teſtem, quod non eſt probatæ vitæ, ſeu opinionis, neque eſt bonæ conuerſationis.*
34 *Furioſus, vel indiſcretus, ſeu factuus â teſtimonio excipitur.*
35 *Teſtis qui deponit de alieno auditu, quando valeat, vel non.*

SEquitur videre aliquid cōtra teſtes, quia plures ad teſtificandū producuntur, qui de iure repelli poſſunt, vt periurus, infamis, conſpirator inimicus, corruptus, domeſticus, familiaris, & plures alij relati, per Spec in tit. de teſte, §. opponitur, & per Bertach. in repert. p. 3. § teſtes qui eſſe nō poſſunt, & quales, & in §. exceptiones cōtra teſtes, l. 8. cū tot ſeqq. tit. 16. p. 3. l. 8. & 9. tit 8. lib. 2. fori, vbi Montalu. & l. 127. ſtilli, vbi Paz in dictis legibus l. 1. & 2. tit. 8. lib. 4 Recop. Marant. de ord. iud. p. 6. §. de teſtium repulſ. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 14. Ant. Gom. tomo 3 var. c. 12. nu. 13. Couarr. c. 18. pract. Azeu. in l. 1. & 2. tit. 8. lib. 4. Recop. Villa Diego in gloſ. l. 1. tit. 4. lib. 2. *de el fuero juzgo*, Paz in praxi, tom. 1. tēpore 9. Amator Rodr. in modo forma exam. c. 9. Pich. in manuduct. ciuilibus, præcepto 9. n. 2. Pol. de Bobad. lib. 5. cap. 2. num. 50. cum ſequētibus, Cardoſius in praxi iudicum, §. teſtes, ex num. 2. cum ſequentibus, Silueſter in ſumma, §. teſtes, num. 1.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

2 Primò autem supradicta exemplificari possunt in teste domestico, quia talis testis domesticus à testimonio repelli potest, vt in l. 2. C. de testibus, & in l. penultim. ff. eodem, l. vnica, §. illo, C. si quacumque prædictus potestate, vbi dicitur: quod omnes de domo pro domino suspecti habentur, & cuitantur, arg. l. instrumēta, C. de probationibus, & in c. in litteris, extra de testibus, vbi plura alia iura citata in glos. *de familia*, & in l. fin. §. fin. C. de his qui ad Ecclesiā confugiunt, Specul. in tit. de teste, §. proponitur 1. num. 12. cum seqq. vbi declaratur nomine domesticorū, qui contineātur, Farin. de oppositi. contra testium, Bobad. in polit lib. 5. c. 2. n. 50. cum seqq. Et per quod tempus debent esse eiecti à domo producentis, vt pro illo testificari possint, dicit Lāfranc. in §. testium depositiones, n. 101. cū seqq. Silvest. in summ. §. testes, nu. 1. vers. 9. Card. in praxi, §. testes, nu. 18. qui alia iura citat, l. 18. tit. 16. p. 3. vbi glos. 2. cum seqq. Ant. Gom. tom. 3. variar. c. 12. n. 15 vers. 5. Roder. Suarez in allegat. 1. n. 15. vbi Baldes, Bernard. Diaz in regul. testis domesticus 746. vel aliàs 466. Valascus, consult. 45. per tot. l. 9. tit. 8. lib. 2. fori, vbi Mōtalu. l. 6. tit 2. p. 3. l. 6. tit. 33. p. 7. Masc. de prob. tom. 3. cōcl. 1359. idē Farin. in tract. de oppositi. contra testes, q. 56. n. 361. cum seqq. Auil. in c. 6. syndicatus, glos. *descargos*, per totā, Azeu. in l. 3. tit. 7. n. 7. lib 3. Recopill. Paz in praxi, tom. 1. p. 8. cap. vnico, n. 34. Bobad. in Polit. lib. 5. cap. 2. iam citato, n. 69. cum seqq.

3 Familiares quoque dicuntur omnes propinqui, & omnes qui referuntur in l. fin. C. de verb. sign. & in l. pro nūtiatio 195. ff. eodem, quibus te remitto, vt amplius id videas, & in l. ædiles, ff. de ędilitio ædicto, §. familiæ, & in cap. in litteris de testibus, Spec. in tit. de teste §. 1. n. 14. & 15. l. 6. vbi gl. 4. & 6. tit. 33. p. 7. Mol. de primogenijs lib. 1. c. 5. n. 29. & lib. 3. c. 3. n. 18. Zeuall. q. 725. n. 29. Paz in l. 43. filli, n. 93. cum alijs, & infra sequenti, n. 4.

in vim pacti, vt in iuribus citatis per Bertach. in repertor §. sententia nulla, num. 24. & 25. ad 35. & 43. & 52. & in verbo, iudex competens, vel incõpetens, Maranta de ordine iudiciorũ, part. 9 §. sententia, num. 69. & 54. & 101. l. 15. tit. 22. part. 3. l. 32. ibi, gloss. 1. & 2. tit. 2. part. 3. & in l. 4 tit. 26. part 3. & in l. 15. tit. 1. part. 7. Roder. Xuar. in l. post rem iudicat. §. nota tertio, num 10 & in l 5. tit. 25. lib. 4 Recopillat. Anton. Gom. tom. 3. cap. 12. num. 8. Iulius Clar. § fin. quæst. 21. num. 55 & 39. Philipp. Decius in regula ea quæ fiunt â iudice 26. num. 1. & 2. cum sequentibus, de regulis iuris Zeuall. tom. 1. quæst. 60. & 61. l. 6. vbi Montalu. tit. 10. lib. 2. fori, Cardos in praxi, §. sententia, nũ. 23 41. & 42. & in §. iudex, n. 38 & 39. cũ seqq.

11 Ratione iudicis, ipso iure sententia, erit nulla, quando fuit lata â iudice seruo, qui pro libero nõ erat communiter tolleratus, & reputatus, vt in l. cum prætor, §. non autem, ff. de re iudic. & in l. 2. C. de sent. & interloc. & in l. seruus, C de iudic. & in l. sequent. & ex argument. legis, nec seruus in princip ff. de pecul. & in l. seruum quoque, ff de procurator. & in l. nec seruum, C. de rei vindic & in l. seruos, C. de testibus, & in l. si barbarius, ff. de officio præsid. Speculat. in tit. de sententia, §. iusta, num 2. & in l. quod attinet ad ius ciuile, & in l. in personam ciuilem, & in l. in omnibus officijs, ff. de regul. iur. Marant de ordin. iudic. part. 6 §. sententia, num. 98. l. 4. ibi, gloss. 8. cum sequentibus, tit. 4. part. 3. l. 7. tit. 6. part. 7. & gloss. 2. column. 7. quæst. 25. l. 3 tit 13. par. 6. l. 8. tit 9 lib. 3. Recop. vbi Azeu. per 18. numeros, Didac. Per in l. 3. tit. 15. lib. 2. ord col. 588. Cardos. in praxi, §. seruitus, n. 76. Pol. de Bobad. lib. 1. cap. 12. n 16. gloss l. pag. 194

12 Sententia lata per mulierem, ipso iure est nulla, nisi sit Regina, vel Cometissa, & tunc cum consilio sapientium, vt in l. 2. ibi, nec iudices, ff de regul. iur. vbi Dec. & in l. fin. C. de arbitris, & in l. cum prætor, §. penult. ff. de iud. & in l. necque, ff. de procurat. & in cap. dilecti, extra de arbitris, vbi Doctores de iure regio, l. 4. ibique gloss. 7. tit. 4. part. 3. & l. 3. tit 7. part. 3. & in l. 3. tit. 6. part 3. Anton. Gom. l 40. Tauri, num. 8. Castill. l. 55. Tauri, gloss. *haziendo*, Azeu. in l. 7. tit. 4. libr. 6. Recopill. num. 1. & 2. & in consil. 42. ante numerum 1.

Sententia lata ab heretico, vel iudeo, vel ab alio inico fidei, nulla est ipso iure, vt in l. fin. C. de iud. & in c. excõmunicamus cum concordantibus, extra de hęretic. & ratio est: quia iudei nõ possunt habere aliquem honorem, vt Bart. ibidem, & in l. 3. atque 4. tit. 24 part. 7. & l. 4. tit. 26. ibi, glos. 1. p. 7. l. 4 tit 3. lib. 8 ordin. glos. 1. col. 2. Couarr. in clem. si furiosus, p. 1. §. 2. n. 7. post princ. Azeu. in Curia Pisan. lib. 1. c. 12. n. 17. & in rubric. tituli 2. lib. 8. Recop. n. 9. & 10. & in l. 1. tit. 3 n. 23. tit. 8. Recop. Philipp. Decius in regula infamibus portæ, n. 11. cum seqq de regul iur. in 6. 13

Nulla quoque est sententia ipso iure, cũ iudex secularis, super re Ecclesiastica pronuntiauit: quia omnia ea quæ fiunt â iudice, si ad eius officium, seu iurisditionem, non pertinet viribus, non subsistebunt, vt in auth. vt clerici apud propios Episcop. §. si vero Ecclesiastica, col. 61. & in ca. si diligenti, de foro compet. & in l. 1. C. si a non compet iud. & in l. ea quæ fiunt â iudice, de regulis iuris in 6. vbi Dinus num. 1. cum sequentibus, & in capit. 2. extra de iudic cum cæteris concordantibus in gloss. & in cap. nullus, 9. quæstion. 1. & in cap. contigit extra de arbitr. & in auth. statuimus, C de Episcop. & cleric. l. 56. tit. 6. part 1, & in gloss. 2. l 7. tit. 9. p. 1. Canedus in colleta, ad decret. collat. 4. Paz in praxi, tom. 2. præludio 2. numer. 1. cũ sequẽtibus, Parlad. in sex- 14

qui

qui censuri, differentia 9. §. 1. 2. & 3. Polit. de Bobad. lib. 2. cap. 17. & 18. Zerola, part. 1. §. casus.

15 Sententia ipso iure est nulla, ratione causæ, quãdo iudex erat pedanus, & non poterat de causa ingenuitatis, vel seruitutis, vel alterius, sibi non cõpetentis, veluti hodie vltra sexcentos marapetinos, per legem Regiam, pedaneis concessos iudicare, vt in l. 2. C. de pedane iud. & in l. non distinguemus, §. deliberari, ff. de arbitris, & in cap. penultim. extra de in integrum restitution. Bertachin. in repertor. §. pedanus, l. 12. tit. 9. lib. 3. Recopillation. vbi Azeued. idem in l. 13. eiusdem tituli, num. 2. Cardos. in praxi, §. iudex, num. 38. sed hodie, ex noua pregmatica, quæ est caput 32. *de las Cortes del año de 1602.* & Morla, tit. 2. ff. de iurisd. omnium, quest. 17. num. 21.

16 Sententia lata post aliam diffinitiuam, ipso iure est nulla, quando non est prima per appellationem suspensa, vt in l. post sententiam, C. de sentent. & interlocutor. & in l. 1. C. quando prouocare non est, & in cap. si quando, §. diffinitiua 2. quæst. 6. nisi in casibus notatis in cap. inter monasterium, extra de sent. & re iudic. & in cap. cum extra, de restitution. in integrum, & in l. 1. cum gloss. C. sentent. rescinde non potest, & in cap. lator, & in cap. consanguinei, extra de re iudicata, Marant. de ordine iud. part. 6. § sententia, num. 119. Cardos. in praxi, §. sentẽtia, num. 46. Philipp. Decius in regula res iudicata 208. ff. de regul. iuris, num. 2. & 3. l. 13. tit. 22. part. 3. ibi gloss. 1. & 2. & l. 15. ibi, gloss. 4. titul. 11. part. 3. Montalu. in l. 13. gloss. 1. titul. 20. lib. 4. fori, Gutierr. de iurament. confirmat. part. 3. cap. 7. num. 4. cum alijs, & ego in l. C. quando prouocare non poss.

17 Sententia lata contra legem expressam, vel aliud quod vis ius scriptum, vel constitutionem, vel prescriptam consuetudinem, ipso iure est nulla, vt in cap. 1. vbi Doctores, de re iudicat. & in cap. ei qui, §. item si sententia, contra ius scriptum, 2. quæstion. 6. & in l. 1. §. 1. ff. quæ sentent. sine, & in l. 2. vbi Doctores, quando prouoc. non est necesse, & gloss. in l. pro latis, l. cum pro latis, ff. de re iudicat. Si tamen iuris, error non sit expressus in sententia, sed ab ipsa appellandum erit, vt in l. preses, & quando sententia fuerit lata contra ius litigatoris, valet mero iure, si ab ea non fuerit appellatum, vt in capit. cum inter, de sententia, & re iudicat. & in capit. examinata, de confirmation. in vtil. Et sententia continens manifestam iniquitatem, seu falsam causam, siue errorem, est ipso iure nulla, vt in capit. inter cæteras, vbi gloss. fin. de sententia, & re iudicat. Speculator in titul. de action. & petition. & melius, in titul. de sententia, §. iusta, numer. 22. Marant. de ordin. iudic. part 6. §. sententia, numer. 16. & 17. cum sequentibus, Gamma, decision. 110. num. 41. Afflictis, decis. 27. num. 7. & in decision. 39. num. 5. l. 3. tit. 26. part. 3. l. 1. ibi gloss. 2. cum sequentibus, tit. 22. part. 3. Cardos. in praxi, § processus, nnm. 4. & in §. sententia, num. 27. cum sequenti. Et quãdo ista nullitas possit allegari, etiam post sexsaginta dies statutos, verè Parlador lib. 2 rerum quot. cap. fin. part. 1. §. 1 de re iudicat. num. 13. practic. Lanfranc. de Oriano, cap. quoniam contra, num. 42.

Si duo plures ve iudices fuerint dati ad determinandam causam, & vnus sine altero, vel sine mandato absentis protulerit sententiam, ipso iure, erit nulla. Idem quoque erit quando in delegatione continetur, quod alter sine altero, non procedat, vt in l. cum magistrato 15. C. quando prouocar. non est necess. 4. in 18

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

in ordine vbi Doctores, & in l. duo ex tribus, ff. de re iudic. & in auth. vt iudices non expectent sacras iussio. § si autem duo, collation. 9. & in cap. fin extra de re iudic. & in cap. prudentia, extra de officio delegat. & in cap. causam, & in l. si tres, ff de arbitris, & in § diffinitiua, §. si plures, 2. quæst. 6. & in cap. ad probandum, extra de re iudic. Speculat. in tit sententia, sequitur, & l 4. ibi gloss. 1. tit. 26. part. 3. l. 17. & 18. tit. 22. part. 3. Didac. Perez, gloss. 6 l. 11. tit. 1. lib. 3. ordinam. pag. 484 column. 1. & in gloss. 1. columna 2 post medium, l. 2 tit. 15. lib. 3. ordinam. Azeued. in l. 1 tit 16. lib. 4 Recopill. num. 34. & 35. Cardos. in praxi, §. processus, num 17. & in §. iudex num. 72. & in §. sententia, num. 72. quoque, cum sequentibus.

19 Nulla est sententia, quando certũ terminum superior assignauerit, intra quem sententiare debeat iudex, post terminum sententiauerit. Ideô dicitur: quod sententia iudicis commissionis, seu delegati lata, vltra tempora suæ commissionis, vel delegationis, non vallet: & appellatione sub mota, vt frustatoria delegans, ex integro cognoscit, vt in l. cum non eodẽ 6. vbi Bald. & cæteri, C. quando prouocare nõ est necesse, & in l. si vt proponis, 1. C. quomodo, & quando iudic. & in cap. de causis, extra de officio delegat. & in l 1. in fine, C. de arbitris, l 4. ibi gloss. 2. tit. 26. part. 3. l 21. in princip. tit 4 part 3. Zeuall. quæst. 586. Didac Perez, gloss 4 l. 2. tit 4. libr. 3. ordinam Cardos. vbi supra, §. sententia, num. 23. & in §. iudex, numer. 40. & 82.

20 Sententia nulla est, quando pars contra quam fertur non fuit vocata tribus ædictis citationis, vel vno pro tribus peremptorio, vt in l. consentaneum 8. ibi aduersario tuo ternis litteris, vel vno pro omnibus peremptorio ædicto, C. quomodo, & quando, & in l. nonnumquam, ff. de iudicijs, & in regula, ea quæ fiunt à iudice ff de re iudic. & in l. contumacia, & in cap. cum olim in fine, extra de testib. & in l. 1. §. item cum ex eo, ff. de appellation. recipiend. & in cap. de illicita, & inde 24. quæst. 3. & licet illi qui citari debet, non inueniretur, nihilominus ad domum suam citatio fieri debet, & amici sui requirẽdi sunt an sit aliquis qui vellit defendere cũdem, aliâs sententia non valebit, vt iniuribus iam citatis, & in c. causam, & in cap. prout, & in cap. fin. de dolo, & contumac & cap fin. extra de eo qui mittitur in possessio, & in l. item, ait prætor & l. sequent. ff. ex quib. caus. maiores in integrum restit. Specul in tit de sententia, §. nulla, num. 21 l. 1 ibique gloss. 5. & 6. tit. 7. part. 3 Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 5 §. 9. de citatione, num. 6. cum sequentibus, Marant de ordine iuditior. § citation nu. 72. & 82. cum sequentibus, l. 41. tit 13 part. 5. l. 2 tit 3 lib 4 Recopill. vbi Azeued. Paz in praxi, tom. 2 part. 1 cap. 2. numer 18. & 19. Dueñas in reg 414.

Sententia ipso iure, est nulla, per 21
quam condemnatur, qui iam mortus est, sed quando lis iam contestata est, & litigatur per procuratorem, potest sententia ferri contra procuratorem, etiam mortuo domino litis, vbi procurator non reuocatur per mortem domini, vt in l. in summa, §. si quis ex edicto, vbi Bart ff de rei iudic & in l. Paulus 2. ibique gloss ff quæ sent sine appellat. iud. in l. nulla dubitatio, numer 4. C. de procurator. Marant. de ordine iudic. § sententia, num 107. & 108 Cardos. in praxi, §. procurator, num. 92. l. 15. vbi gloss. 4. tit. 22. part. 3. Azeued. in consil. 13. num. 12. l. 23. tit 5 part. 3. vbi gloss. 1. cum sequentibus, Parlad. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 5. §. 9. num. 28 atque 29. & in l. Neratius 151. ff. de regul. iur. idem Cardos. §. sententia, nu. 43.

Sententia ipso iure, est nulla, quæ 21
im-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

impossibile preceptum continet, vel cui parere nequit, propter rerum naturam, vt in l. Paulus vltima, ff. quando sentētia sine appellat. rescind. Decius in reg. ad impossibile 4. num. 6. de regul. iuris, l. 1. ibi gloss. 3. tit. 22. part. 3 & in l. 3. tit 26. & l. 27. tit. 11. part. 3 Bertachin. in repertor. §. sententia contra ius commune.

23 Ratione iudicis tamen sentētia ipso iure, est nulla, quādo fuerit lata per iudicem publice excomunicatum, & per seruum infamem mulierem laicum in re spirituali, vel per incompetentem iudicem, seu per illum qui excedit suam comissionem, vel pronūtiat extra terminum, sibi datum, vt in cap. ad probandum, extra de re iudic. & in cap. exceptionem ad finem, de exceptionib. vbi gloss. publice, & gloss. officio iudicis, & in cap. cum inter R. extra de election. & in cap. cum dilectus de consuetudine, & in cap. quia diuersitatem, de cōcessione præbendę, Speculat. in tit. de sententia, § iusta, num. 1. & in cap. 1. de exception. lib. 6. & gloss. in summa 35. quæstion. 5. Marant. part. 6. §. sententia, n. 99. & 100. & in num. 98. tamen Cardos. in praxi, §. excomunicatio, num. 71. & in §. sententia, num. 4. & supra in cap. de exceptionib. contra iudices, num. 2.

24 Sententia nulla est, quando antea libellus contestationis non fuit oblatus, vt in auth. offeratur in fine, ibi litis ergo contestatio, C. de litis contestat. & in l. 2. C. de sent. ex peric. & in cap. 1 de libelli cōceptio, & in c. licet elij, extra de simon. & l. 3. & fin. titul. 10. part. 3.

25 Sententia nulla est, quando fuit lata cum falso procuratore, quia exceptio falsi procuratoris reddit iudiciū retro, nullum ideò potest quandocūque opponi, vt in cap. licet 24. C. de procuratorib. ibique gloss at Doctores, & Abb. in ca. in nostra de procurator. Maranta de ordine iudiciorū, part 4. distinct. 16. num. 13. & 14. & 15. vbi dicit: quando procurator dici possit esse falsus, Bart. in l. 4 §. condemnatum, num. 1. cum alijs, ff. de re iudicata, l. 20. tit. 5. & gloss. 2. l. 9. tit. 3 part. 3. l. 6 tit. 7. lib 1. fori, vbi Mōtaluus, & in l. 7. tit. 10 lib. 2. fori, vbi gloss. 9 fori quoque, Didac Perez in gloss. 2 pagin. 535. columna 2 versic. quæro prēterea, columna 2. ad finem, legis 1. tit. 24. lib. 3. ordinam. & in gloss. 2 pag. 600. columna 2. versic. fallit secundo, l. 1. tit. 8. lib. 3. ordinament. Azeued. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recopill. num. 26. in medio, & in consil. 29. num. 15. Parlador. rerum quotid. cap. fin. part 3. §. 2. de procuratore, num. 9. cum sequentibus, Gutierr. in practic. ciuili, quæst. 22. num. 18. & 19. & quęst. 24 Paz in praxi, annotatione 5. num. 38. & 39 Zeuall. quæst. 150 & Couarru. & alij citati per Curiam Philipic. part. 1. §. 10. num. 28. & 29 & supra diximus, in cap. 1. numer. 19.

Sententia lata â iudice furioso, vel arbitro, non valet, nec tamen quæ fertur contra furiosum, non habentem curatorem, vt in l furioso 9. ibi gloss. at Doctores, ff. de re iudic l. 12. titul. 22. part 3 vbi gloss. 11. Marant. de ordine iudic. part. 6 § sententia, n. 98. 26

Sententia quę lata fuerit super re incerta, vel quantitate incerta, nulla, quippê erit, vt in §. curare, institutade actionib. ibique Pichard. per 18 numeros, & gloss. capitis licēt, super verbo posidetis, extra de probationib. & gloss. 2. capitis iuuenis, extra de sponsalibus, & per totum titulum de sentent. quæ sine certa quātit. C. Speculat. in tit. de sententia, §. qualiter, num. 7. & in §. iusta num. 17. Marant. §. sententia, num. 120. Bertachin. in repertor. §. sententia in certa, l. 16 tit. 22. part. 3. Paz in praxi, tom. 3. cap. 6. § 12 num. 34. Montaluus in gloss. 2. atque 3. l. 2. tit. 13. lib. 2 & in l. 11. tit. 1. lib. 3. ordinam. ibi gloss. 8. & in l. 20. 27

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tit.9.lib.3.Recop.vbi Azeued. num. 1.& de incertitudine contractus, dicit Gutierr part.1.cap.64. Parlador. lib.2 rerum quotid.cap.3.num. 31. Cardoſ.in praxi,§ incertitudo.

28 Sententia lata ſub conditione de futuro ferri,non debet lata tamen tenet,ſed per appellationem, quandoque retractatur, vt in l. 1. §. viduum, ibique gloſſ.ſub conditione, ff. quando appellandum,& in l. reſpiciendũ, ff.ſi certum petatur, & in cap. viduũ, & in cap.anteriorum 2.quæſt 6.Speculat.in tit.de ſententia, §. quoniam, num.3.ibi, ſi ſit lata ſub conditione, Philipp. Dec. in regula actus ligitimi 77.num.9. ff.de regul.iuris, idem in regula plerumque 206.num 3. l. 14. tit.22.part.3 ibi,gloſſ.1. Didacus Perez,gloſſ.2.columna 3.ante finem, legis 3.tit.16.lib.3. ordinam. Azeued. in Curia Piſan. lib 4.cap.6. num 57. Matiençus in l.7 tit.11.gloſſ.6.num. 29 & 34. Coſta,lib.1.ſelect cap.8.numer.5.Bertach.in repertorio, §.ſententia conditionalis per totum.

29 Quando quis eſſet iudex per litteras impetractas per ſubreptionem,& tullit aliquam ſententiam,virtute talium litterarum ſubreptarum,illa ſententia erit nulla,tamquam lata â non ſuo iudice,vt in cap.veniat 35.quæſt. 9.& in cap.ſua nobis, vbi gloſſ. irritum,de officio Vicarij, & in l fin. C. ſi â non competente iud.& in cap.penultim.11.quæſt.1. & in cap. ad audientiam 2.extra de reſcript.

30 Sententia eſt nulla, quando iudex ad certam rem,vel ſummam fuit datus,& de alia re, vel maiori ſumma pronuntiauit,quam ad eam rem pertinet,vt in l.1.ſi â non competente iudic.C.vbi in gloſſ. nihil agit, ponit quaſdam limitationes,& in cap teſtibus,verſic.& ita deponerent,& in capit cum olim, & in cap.ex litteris de offic.delegat.& in l.4. tit. 26. part. 3. & in l.15. & 16.tit.22.part 3. Montalu.in gloſſ.1.l.2.tit.13.lib.2.fori, Cardoſ.in praxi,§ iudex,num.38.

Sententia eſt nulla, quando pecu- 31
nia data fuit aduocatio, vel procuratori,vel etiam aduerſari, vt patiatur ſe vinci,vt in l.1.& eius auth.nouo iure,C.de pœna iudic.& in l.1.C. de aduocat.diuerſ. iud. Speculator in tit. de ſententia,§.iuſta,num.5.l.26.tit. 22.part.3. & in l.13.eiuſdem tituli 22.part.3.& in l.2.tit.2.lib.2. fori, l. 3.tit.9.lib.3.Recopill. Parlador.lib. 2.rerum quotid.cap.fin.part.1. §.1. num.16.cum ſequentibus,Paz in praxi,tom 1.de ordine procedẽd.in ſyndic.num.18.cum ſequentibus.

Sententia quamuis â principio, va- 32
leat,poterit attamen poſtea retractari,per appellationem, vel in integrũ reſtitutionem, & quandoque per ſuplicationem. Et primum hoc dicendum eſt,quando ſententia eſt aliqua, ſed iniuſta,& retractatur per appellationem:vel quãdo fuit lata in alio lo- 33
co,vel in alio die, quam ad audiendã eam partibus fuit aſsignatus, vt in l.ſi vt proponis preſes,C.quãdo,& quo modo iudex, & in l. cum ſententia, C. de ſent. & interlocution. & in l.palam,ff.de riptu nuptiarum, & in cap. conſuluit, extra de officio delegat. Speculat.in tit. de ſententia, §. iuſta, num.6. & in §. quoniam per totum. 34
Et quamuis per metum,vel per errorem partes conſentiant ſententiam, valet ſententia, ſed per appellationẽ retractatur, vt in l. 2. ff. de iudicijs in princip.vbi Doctores ordinam & in l.ſi per errorem, ff. de iuris omnium, iud.15.in ordine & in l.ſi qui 8. C.de Epiſcopal.audient. & per totum titulum, ff.& extra,de his quæ vi, & in l. nihil conſenſui 116.in numero, & in §. ibidem non videntur conſentire, ff.de regul.iuris,l.15. ibique gloſſ. 2. & 3.tit.22.part.3.& l.3. cum gloſſ.2. tit.2.part.1.l.10 tit.2. part.4.vbi gl. 2.Parlador.lib.2. rerum quotid. cap. 3.num.40.Politic.de Bobad.lib.3.c. 8.num.218.gloſſ.A.

Sen-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

35 Sententia quæ nocte fuit lata, nulla est, & quamuis forte valuerit, poterit retractari, quia tenebræ aptæ sunt ad fabricandum falsum, ideò dicitur: qui male agit, odit lucem, ex qua causa iudex perficere debet ante noctis tenebras, vt in authent. de iudic. §. sedebunt ibi. Matutino, cap. consuluit de offic. delegat. & in l. casus, & in l. non minorem, C. de transaction. & in l. 1. ff. de ventre inspiciend. & in l. more Romano, ibi, gloss. verbo Lucius, ff. de ferijs, Marant. de ordin. iudic. §. sententia, num. 92. l. 7. tit. 4. part. 3. ibi: *desde la mañana*, l. 5. tit. 22. part. 3. l. 2. gloss. *de noche*, tit. 13. lib. 2. fori, Curia Pisana, lib. 1. cap. 1. vbi noster Azeued. Cardos. §. sentẽtia, num. 19. Didac. Perez, gless. 1. post medium, l. 15. tit. 3. lib. 1. ordin. Bertachin. in repertor. verbo nox, Sebastian. Bantius de nullitat. ex defectu iurisd. num. 132. idem Azeued. in l. 10. tit. 17. lib. 4 Recopillat. num. 74 cum sequentibus, Amator Rodrig. de modo examinand. processum, cap. 12. num. 42. Zeual. in quæst. 670. vbi dicit: quod iudices inferiores non currant de apicibus iuris, num. 7 & in num. 8. ponit practicam Chancellariæ Pintianæ, in recitatione sententiarum, quia illic sententiæ publice leguntur, & recitãtur, Azeued. in l. 2. tit. 4 lib. 4. Recopillat num. 4. in fine, & in d. l. 10 tit. 17. lib. 4 Recopillat. num. 84. & 85.

36 Sententia sub conditione de futuro ferri, non debet lata tamen tenet, sed per appellationem quandoque retractatur, vt in l. 1. §. viduum, versic. quid ergo si sententia fuerit sub conditione dicta, ibique gloss. sub condi tione, ff quando appell. l. 14 ibi, gloss. 1. quæ alia iura citat, tit. 22. part. 3. Didac. Perez in l. 3. tit. 16 lib. 3. ordinam. gloss. *fasta vn año*, columna 3. in fine, ibi, & est notandum, Specul. in tit. de sententia, §. quoniam, num. 3.

37 Sententia potest retractari, & pro nulla declarari, si iuramentum caluniæ bis fuit ab alia parte petitum, & â iudice fieri iussum, & tamen non fuit præstitum, vt in l. 10 in fine, tit. 17. libr 4 Recopillat. vbi Azeued. num. 137. cum sequentibus, Amator Rodrig. de modo examin. processum, cap 5 num. 52. Gutierr. in pract. ciuilib. lib. 1. quæst. 99. Paz in praxi, tom. 1. tempor. 4. part. 1. num. 46. & 47. Pichard. in manuductione proc. ciuili preceptum 7. num. 2. in fine, Marant. p 6 §. de iurãm. calumniæ, Villa Diego in l. 6. tit. 2. lib. 2. *del fuero juzgo*, numer. 10. & 11. Curia Philipic part. 1. §. jũyzio 8. num. 20. Didac. Perez in l. vltim. tit. 4. lib. 3. ordinam. gloss. ibique anullando.

Sententia quando lata est contra filium familias, vel pro eo existente in iudicio, sine consensu patris, poterit tallis illa sententia per appellationẽ retractari, vt in l. 1 §. fin. C. de annali exception. & in l. fin. §. sancimus, versicul. necessitate, C. de bonis quæ liber. & in cap. fin. versic. in huiusmodi, ibi: neque aliás absque ipsius assensu iniudicio, lib. 6. Bantius in tract. de nullit. num. 39. Maranta de ordin. iudic. part. 4 distinct. 16. num. 18. cum sequentib. l. 11. tit. 17. part. 4 ibi: *sin mandado de su padre*, & in l. 7. tit. 2. part. 3. Speculat. in tit. de actore, §. 1. numer. 22. Paz in praxi, part. 1. tempor. 2. num. 15. cum sequentibus, & Socinus in regula 61. ponit fallentias, Amator Rodrig. in modo examinand. processum, cap. 2. num 20. cum sequentibus, & Ribera in notis Tabellionum part. 2. fol. 72. 38

Sententia si lata fuerit per gratiam, vel amorem, seu per odium, quamuis valeat, poterit tamen per appellationem retractari, vt in l. de eo. 2. ibique gloss aut gratia, C. de pœna iud. qui male iudic. vbi citat iura alia, & in l. 24. ibi: *por amor*, tit. 22. part. 3. l. 2. vbi gloss. *por ruego*, tit. 2. lib. 2. fori, Paz in praxi, tom. 1. temp. 1. nu. 61. & 62. Ceruant. in l. 2, Tauri, num. 23. 39

Sen-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

40 Sententia lata contra quemlibet maiorem 25. annis per teſtes falſos, vel per falſa inſtrumenta, retractari poteſt, quandoque per appellationē, ſeu integrum reſtitutionem ſi de falſitate primo conſtauerit, vt in cap. venerabilis 6. de exception. circa finē, ibi, cum falſariorum inſtrumentorū, vbi gloſſ. veritate comperta, & in capit. ſicut 9. de teſtibus, & in cap. cum 1. & A. 22. de ſent. & re iudic. & per totum titulum, C. ſi ex falſis inſtrumentis, & gloſſ. 2. cap. 1. de crim. falſi, & in l. diuus Adrianus 33. vbi gloſ. corrupti, Bart. & Iaſi. numer. 12. ff. de re iud. Menoch. de adipiſcend. remedio 4 num. 721. Velaſcus, conſult. 51. num. 14 Speculat. in titul. de ſententia, §. quoniam, num. 8. cum ſequentibus, idem Menoch. de arbitrar. caſu 15. l. 1. & 2 tit. 26 & l. 13 tit. 22. & l. 116. tit. 13. part. 3 l. 33 tit. 14. par. 5. Bancius de nullitate ex defectu ſententt. num 132. Villalobos in ærario communi opinionum, verbo, ſententia, num. 49 Olanus, verbo, ſententia, num. 10. Gutierr. de iuram confirmatorio, part. 3. cap. 7. num. 2. in fin Parlador lib. 2. cap. fin. part. 1. §. 1. num. 15. Politica de Bobadilla, lib. 2. cap. 19. num. 48. gloſſ. G. l. 13 tit 8. lib. 2. & l. 7. tit. 10 lib. 2 fori, & lib. 3. Morla in emporio iuris, tit. 2 in princip. num 79 Zeuall. quæſt. 840. num. 28. & 31. & in quæſt. 842. num. 1. & in quæſt 841 num. 2 Maranta in §. ſententia, num. 145. Felinus in regula 344 qui ponit fallentias teſtius.

41 Sententia quando fuit lata, non cōtra ius expreſſum, ſeu legem, ſed imò contra ius litigatoris, valida eſt, quāuis retractari debet per appellationē, tanquam iniqua, & iniuſta, vt in cap. cum inter 13. in fine, ibique gloſſ cōtractus, & ſequent. de re iudicat. & in l. preſes, & in l. cum pro latis, vbi gloſſa pro latis, ff. de re iudicat. & in cap. examinata, de confirm. vtil. & in l. ſi cum inter, C. quando prouoc. non eſt neceſſe, Speculat. in tit. de action. ſeu petition. §. 2. verſic. ſed quando, & Marant. de ordin. iudic. part. 4 diſtinct. 5. num. 37. & in part. 6. §. ſententia, num. 116. Gamma, deciſ. 110. numer. 41. Herrera in ſua praxi, formæ ſentent. diffinit. verbo, nos, Bernard. Diaz, num. 43. Cardoſ. in praxi, §. ſententia, num. 28. & 29. l. 27. ibi, gloſſ. 7. tit. 18. part. 3.

42 Sententia ſi contra abſentem lata fuerit, & ipſe abſens propter breue tēpus, iuſtam cauſam abſentiæ, probauerit ipſa ſententia per reſtitutionem in integrum, poterit retractari, quia in his quę fiunt cauſa cognita requiritur, quod pars ſit preſens, vel per cōtumatiam abſens, vt in l. in cauſæ 13. §. 2. & vltim. ff. de minorib. & in l. prefecti, prætorio 17. eiuſdem tituli, & in l. cum anterioribus, §. illud, C. de temporib. appell. & in cap. ex litteris 4. de reſtitut. in integrum, & in l. ſcire oportet, §. ſufficit, ff. de excuſation. tutorum.

43 Sententia ſi lata fuerit contra abſentes cauſa rei publicæ, poterit illa per reſtitutionem in integrem retractari, cum ea tamē diſtinctione, quia aut non fuit defenſus, aut minus legitime fuit defenſus, & tunc reſtituitur ad cauſam totam, vt in l. quia abſente, C. de procuratorib. aut fuit legitime defenſus, & tunc ad appellandū reſtituitur tantum, vt in l. vltima, ff. de reſtitut. in integrum. & per totum titulum, C. de reſtitut. militum, & in tit. ex quibus cāuſis maiores, in integrum reſtit. & in l. 10. & 11. tit. 23. p. 3. Caſtillus in l. 55 Tauri, gloſſ *hazien do*, per totam, Didacus Perez in l. 10. tit. 16. lib. 2. ordinam. gloſſ. 2. pagin. 383. col. 2.

44 Sententia retractatur, quandoque ſi lata fuit contra ius litigatoris à qua non eſt appellandum per ſupplicationem, circa quod ita dicitur: fit quandoque ſupplicatio iudici perfecti pretorio, & tunc fieri debet intra decem dies

dies, vt in authentica quæ supplicatio, C. de precib. Imperator, sed quando fit Principi, tunc sufficit fieri intra bienium, vt in l vnica, C. de sentent. pref. prætor. & in cap. ex litteris, de in integrum restitution. & in gloss. 2. super verbo, irritum, ibi: nisi fuerit appellatum extra de rescript. & in authent. vt spōsalib. largit, § illud, collatione 9. & in l. 19. ibi, gloss. fin. tit. 23. part 3. & in l. 6. vbi gloss. 1. & 2. tit. 24. part. 3. Auend. in l. 8. tit 4. lib. 2 ordin. Gutierr. in practic. ciuilibus, lib. 3. quæst. 38 l. 1. & 4 tit 20. lib. 4. Recopillat. vbi Azeued. Parlador. in sexquicentu different. 10. Paz in legibus styli, l. 170. cum sequentibus.

45 Sententia nulla est, quando fuit lata: *Sin ser la causa recibida á prueua, de lo alegado por las partes en juyzio*: & procedit hoc etiam stante, lege 10. tit. 17. libr. 4 Recopillat, vt in l. 1. & 9. tit. 6. & l. 1. & 2. tit. 17. lib. 4 Recopillat. Monterrosus in tractatu 2. *en la practica de las nullidades, nullidad primera*, Pich in manuductione ad processum ciuilē, preceptum 5 num. 1. Et quod partes recipiantur ad probanda alleganda, & testes admittantur, & de substantia iudicij, vt probatur per glossam in summa 2. quæst. 1. & per glossam in l. pro latam, C. de sentent. & interlocution. de iure Regio facit, l. 2. tit. 15. part. 3. & in l 2. & 3. tit. 16. part. 3. & Auendan. respons. 1. num 7. Paz in praxi, tom 1. tempore 8. num. 1. & 2. Bantius in tractat. de nullitat. ex defectu proceff. Didacus Perez in l. 2. tit. 4. lib. 2. ordinam. in gloss. *la orden substancial del juyzio*, Azeued. in l. 10. numer. 107. cum sequentibus, tit. 17. libr 4. Recopillat. Amator Rodrig. p. 2. cap. 12. num. 5 cum sequentibus, & melius, num. 18. cum sequentibus.

46 Nulla est sententia, quando lata fuit sine publicatione testium, & idē tamen erit, quando repulsæ testium, non fuerunt receptę si sunt oppositæ à partibus, & repulsæ ipsæ erant legitimæ, vt Monterros. vbi supra, Menochius de arbitrar. lib. 1. quæst. 33. numer. 1. cum sequentibus, Paz in praxi tom. 1. tempore 8. num 135. cum sequentibus, Amator Rodrig. de modo examinand. proceff. cap. 8. num. 9. cum sequentibus, Azeued. in l. 1. ibi: *Y hecha publicacion*, num. 65. tit 8. lib. 4. Recopillat. & in l. 10. num. 2. versic. *si pidiere publicacion*, tit. 6. lib. 4. Recopillat & in l. 17. ibi: *De la substancia del juyzio*, num. 134. cum sequentibus, Pich. in manuduct. proceff. ciuili preceptum 8. Auendañ respons. 1. num. 8. Gutierr lib. 1. practic. ciuili, quæst. 99 num. 4. 5. & 6 l. 3. tit. 18. lib. 4. Recopillat. Didacus Perez in l. fin gloss. fin. & in rubric tituli 11. lib. 3. ordin. pag. 1155.

Sententia nulla est, quando pro- 47
ceſſus in substantialibus, non fuit sufficienter substantiatus, vt requirebatur substantiari, vt Bantius de nullitate ex defectu processus, per totū. Veluti si omnis tenetur conclusio, vel notificationes personales, aut termini legales necessari, non fuerunt partibus concessi, aut ait dictus Monterrosus in praxi vbi supra ibi: *Lo tercero*, & in l. 1. ibi: *Conclusso el pleyto*, tit. 6 lib. 4. & in l. 9. ibi: *Por concluso*, eiusdem tituli Recopillat & Azeued. in l. 2. & in l 10. num. 32 cum alijs, tit. 17. lib. 4. Recopillat. Didacus Perez in l. 6. tit. 2. lib. 3. ordinament. Matienço in dialago relatorum, part. 3. cap. 35. num. 1 Paz in praxi, tom. 1. tempore 10. num. 2. cum sequentibus; Pichard. in manuduct. proceff ciuili, preceptum 11. Amator Rodrig. de modo examinand. proceff. part. 2. cap 12. num. 6. cum sequentibus, vbi alios citat.

Sententia debet esse iusta libellum 48
alias, si preter libellum fuerit lata, nulla erit. Et hodie ex nostro iure Regio, quādo proceditur sola facti inspecta veritate, sententia proferri potest, non conformis libellum, dum tamen in eo contineatur res, quam actor

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

actor intendebat, & volebat petere, & probata veritate rei petitæ in processu obtinebit auctor petens iusta sanctionẽ, leg. 10. tit. 17. lib. 4. Recopillat. & in l. vt fundus, ff. communi diuidund. & in cap. elij de simon. & cap. qualiter, & quando, de accussat. Gutierr. lib. 1. practic. ciuili, quæst. 101. cum alijs anterior. Parlador. lib. 2 rerum quotidian. cap. 10. per totũ, Socinus in regula 357. vbi ponit fallentias, Maranta de ordine iudicior. part. 6. §. sententia, num. 61. cum sequentibus, Orianus in praxi, in cap. quoniam contra, num. 29. Paz in praxi, tom. 1. tempor 11. num. 14. Amator Rodrig. de modo examinand. capit 12 num. 36. Cardos. in praxi, §. sententia, num. 7. Pichard. in manuduct ciuili, preceptum 12. num. 4.

49 Sententia si fuerit lata, per iudicẽ in tempore ligitime recusatum, preuio iuramento recusantis, sine expressione causæ in foro seculari, & cum expressione causæ, in foro Ecclesiasti co, nulla est, Abb. in cap. cum inter, de exceptionib. num 22. & in cap. cũ specialib. de appellation. & in l. nemo, vbi Doctores de iurisdict. omn. iudic. Marant. de ordin. iudic. part. 6. §. appellatio, num. 24. cum sequentibus, & in part. 4. distinct. 16. num. 4. cum alijs, Couarruu. in practic. quæstion. cap. 26. & in l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopillat. l 22. vbi Gregor. Lup. tit. 4. part. 3. Auendañ. in cap. prætorum, part. 2. cap 23. num. 13. Didac. Perez l. 1. tit. 5. lib. 3 ordinament. Paz in praxi, tom. 1. tempor. 10. num. 18. cum sequenti, & part. 5. cap. 3. §. 12. num. 52. cum sequenti, Morla in emporio iuris, part. 1, tit. 2. ex num. 184. Azeued. in tit. 16. lib. 4. Recopillat. & in tit. 10. lib. 4. Recopillat. Politica de Bobadilla, cap. 8. ex num. 117. Pich. in manuduct. process. ciuili, preceptum 10. Curia Philipic part. 1. § 7. Amator Rodrig. de modo examin. process. c. 10. ex n. 35. vbi plures alios citat.

Sententia nulla est, quando iudex 50
statim, quod recipit processum, absque tempore competente, videndi tutum cum profert sententiam super illo ex ea ratione, quia præsumitur male instructus demeritis, & iustitia ipsius processus, vt tenent omnes citati per Pacem in praxi, part 1. tom. 1. tempore 11. num. 1. cum sequentibus, Matienç. in dialogo relator. par. 3. cap. 39. num. 8 & per totum tit. C. ex breuiculo, Cardos. in praxi, § sententia, num 9. Amator Rodrig. de modo examinand. process. cap. 12. num. 14. cum sequentibus.

Nullus est processus gestus, cum 51
procuratore generali, in his causis + poscentibus procuratorem specialem, etiam si talis datus sit generaliter, ad omnia quæ exigunt speciale mandatum, sed quando procurator fuerit datus cum libera administratione, expedire potest, omnia quæ speciale mandatum requirunt, nisi in his rebus, quæ solent afferre damnum domino danti, vt in cap. qui ad agendũ, de procurator. lib 6. & in l. si procurator, C. de procurator. & in l mandato generali, ff. de procuratorib. & in l. transactionis, C. de transactionib. l. 19. tit 5 part. 3. vbi Couarruu. in libr. 2. cap. 5. num. 8. & in cap 6. num. 3. variarum, lib. 1. Ioannes Gutierr. de iuram. confirm. part. 1. cap. 2. numer. 9. vbi ponit casum de praxi, & in cap. 50. num. 9. & idem de tutell. part. 2 cap. 6. num. 10. Roderic. Xuarez, in l post rem iudic. §. sed quia, numer. 14. vbi Baldes, Paz in praxi tom. 1. annotatione 4 num. 16. cum sequentibus, Azeued. in l. 2 tit. 7 lib. 4. Recopillat. num. 41. Amator Rodrig. vbi supra, cap. 3 num. 29. cum sequentibus, Parlador. lib. 2. cap. fin. §. 17. numer. 11. cum sequentibus, Cardes. in praxi, §. procurator, ex num. 9. Curia Philipic. part. 1. § 10. num 23. & 24. & nos iam supra, in cap. de exception. contra procur. n. 8. cum seqq.

Nullus

52 Nullus est processus, si exceptione incompetentiæ iurisdictionis oppositæ, iudex super ea non pronuntiando ad vlteriora processerit: de qua denegatione, vel negligentia poterit ricte appellari, quia iudex summarie debet cognocere, de hac exceptione declinatoria, vt ait Calcanus, consil. 115. num. 4. Paulus Castrens. & omnes, numer. 9. in l. 1. C. de ordin. iudic. Assa. fin. in praxi, §. 13. cap. 8. num. 2. decis. Rotæ in antiq. 13. de except. & Doctores in cap. ex parte 2. de appellat. Paz in praxi, tom. 1. tempore 5. num. 35. cum sequentibus, & in tom. 2. parte 1. cap. 6. num. 3. & num. 29. cum sequentibus, Curia Philipic. part. 1. §. 13. num. 7. cum sequentibus, & nos iã iam in c. 1. n. 6. vbi alios citauimus.

53 Nullitas actus, inducitur si in processu, non constet de commissione per iudicem tabellioni facta, examinationis testium, taliter quod de iure (quamuis secundus de obseruata praxi) tabellioni testanti, & fidem facienti de commissione receptionis testium, sibi facta credendum non est, atque ideo talis commissio, vt valeat eorum alio tabellio scribenda erit, sed de consuetudine, & praxi contrarium seruatur, vt Bart. in l. ex sententia, ff. de testam. tutella, num. 3. Auiles in cap. 37. gloss *por si*, prima, num. 19. Paz in praxi, tom. 1. annotatione vltima de tabellione, num. 36. idem in tempore 8. num. 100. & 101.

54 Processus fulminatus per procuratorem in causis criminalibus, absque præuia licentia iudicis, vel causa aliqua subsistẽte, nullus de iure erit processus, sed hodie non, ita rigorose practicatur, imô permittitur: *Que el proceſſo no ſea nullo, aunque la cauſa ſea criminal, y ſe aya hecho, ô defendido por procurador*, vt in l. penultim. §. ad crimen, ff. de public. iudic. & in l. tunc conuenit, C. de accusat. & in l. de fide, C. ad l. Cornel. de falsis, & in l. 12. titul. 5. part. 3. & in l. 6. titul. 1. part. 7. Anton. Gom. tom. 3. cap. 1. numer 12. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæstion. 79. numer. 2. Iulius Clar. §. fin. quæst. 32. num. 24. Paz in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 9. cum sequentibus Curia Philipic. part. 3. §. 8. num. 6 & nos iam diximus in tit. C. de accusation. & in tit. qui accusari poss.

Nullitas proueniens ex defectu iudicis competentis in quolibet tempore, quamuis sit post 60. dies, & in quacunque parte litis opponi potest, vt in gloss. fin. clem. 1. de sequestrat. possession. Paul. in l. 4. §. condenatum. ff. de re iudicat. Hypolitus in singulare, 10. tom. Grammatic. decis. 61. num. 20. Couarruu. in pract. quæstion. cap. 25. num. 4. & ratio rationis est, quia actor cõuenire debet Reum, coram suo iudice alioquim, si ad incompetẽtem eum traxerit processus, erit nullus, vt in l. 1. C. si â non competenti iud. & in cap. atque si clerici de iudic. Paz in praxi, tom. 1. tempore 12. num. 9. & in proœmio partis 6. de appellation. num. 50. & 51. Parlador lib. 2. rerum quotid. part. 1. §. 1. num. 12. Azeued. in l. 2. tit. 17. num. 18. lib. 4. Recopilat. Amator Rodriguez de modo examinand. cap. 12. p. 2. de nullitate, num. 45. 56

Nullitas aduertus sententiam, iure communi perpetuo, opponi poterat, sed de iure Regio intra sexaginta dies, â die intimationis sententiæ, debet opponi, nisi nullitas proueniat, ex defectu iurisditionis, vt iam diximus supra eo capite, n. 55. & ad probatur in l. 1. C. quando prouo non est necesse, & in l. 4. tit. 26. part. 3. & in l. 2. tit. 17. lib. 4. Recopilat. ibique Azeued. Auiles in cap. 1. gloss. *a las partes*, numer. 16. Auendan. in l. 4. & 5. titulo, *de las excepciones*, Couarruu. in practic. capit. 25. numer. 4. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 1. §. 1. numer. 13. Paz in praxi, tom. 1. part. 1. tempore 12. numer. 7. & 8. vbi ex numero 5. cum sequentibus 57

ponit

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

ponit qualiter in praxi, & quando, & quomodo agendum sit de nullitate, Amator Rodrig. de modo examin. proces. part. 2. cap. 12.

59 Nullitas quando dicatur tractari principaliter, & quando incidenter, & quando, & quomodo possit impedire executionem sententiæ, docet Couarruu. in pract. quæst. cap. 24. num. 7. & in cap. 25. per tot. Amator Rodrig. vbi supra, part. 2. cap. 12. numer. 4. Paz tamen vbi supra, num. 10.

60 Nulla sunt omnia acta processus hæreditate iacente, ante quam curator detur bonis, etiam si actor habeat instrumentum guarentigium, contra defunctum, vt in l. 12. tit. 2 part. 3. Paz in praxi, tom. 1. part 3. num. 22. & 23.

61 Nullitas nequit allegari contra sententiam, per quam denegatur ad esse nullitas, vel si declaratur ad esse, sed à tali declaratione poterit appellari iuste, & valet appellatio, vt in l. 2. tit. 17. lib. 4. Recopillat. vbi Azeued. & Curia Philipica, part. 1. §. 18. numer. fin. in fine.

CAPVT XXII.

De exceptionibus contra appellationes.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quæ sit, & quotuplex.*
2 *Quis possit appellare.*
3 *A quibus possit appellari.*
4 *Ad quem appelletur.*
5 *Quando, & intra quod tempus appellandum sit.*
6 *Appellatio qualiter fieri debeat.*
7 *Appellationis prosecutio, intra quæ tempora fieri debeat.*
8 *Appellatio quoties iterrari possit.*
9 *Officium eius à quo appellatur, quid sit.*
10 *Officium eius ad quem appellatur, quid sit.*
11 *Appellationis effectus, quis sit.*
12 *In quibus casibus, & ex quibus causis appellari possit, & quando teneat appellatio, vel non.*
13 *Appellatio qualiter in iudicio impugnetur.*
14 *Pactum inter partes de non appellando multipliciter consideratur.*
15 *Appellatio non valet, nisi fiat intra tempus statum ad appellandum.*
16 *Si tertio a diffinitiua sententia fuerit appellatum, illa tertia appellatio non valet.*
17 *Appellatio facta super correctione per regularem personam, non valet.*
18 *Appellatio non tenet quando facta est super ordinatione Ecclesiæ, puta ne fiat electio, vel nec procuretur aliqua euidens vtilitas Ecclesiæ.*
19 *Appellatio ab executore, non valet, nisi in casibus hic declaratis, num. 19. 20. & 21.*
20 *Si appelletur cõtra inhibitionem Principis, non valet appellatio.*
21 *Appellatio facta ab arbitro, quando non teneat.*
22 *Appellatio si fiat, super re peritura, non valet.*
23 *Appellatio generalis, non valet.*
24 *Excommunicatus, quando possit, vel non appellare.*
25 *Damnatus de falsa moneta, non potest appellare.*
26 *Appellatio quæ fit contra ius, non valet.*
27 *Quando appellatur à grauamine, & index illud grauamen reuocare velit, illa appellatio, non valet.*
28 *Appellatio si fiat, nec testamentum aperiatur, vel nec hæres in possessionem hæreditatis mittatur, non valet.*
29 *Appellatio super re momentanea momentaneæ possessionis, non valet, nec ab sententia del interim.*
30 *Nõ apellatur à nominatione tutelæ, vel in-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

iure, vel publici muneris.

31 *Debitor Principis, non potest appellare, nec de gabellis.*

32 *Appellatio facta ab officiali Episcopi ad ipsum Episcopum, non valet, num. 35. & 36. de ratificatione, & de sortione, quando valeat, vide hic.*

33 *Appellatio contumacis, non valet, etiam in delinquentibus absentibus.*

34 *Appellatio, non valet, quando facta est ab illo, qui ad pœnam aliquam, super notorio crimine, vel confesso condemnatus est per iudicem.*

35 *Appellatio non valet, quando appellans consentit post appellationem litigare, coram illo iudice à quo appellauerit.*

36 *Appellatio debet fieri gradatim, & de minore iudice ad maiorem.*

37 *Appellatio à mandato de exequendo non admittitur, & quando sic, numer. 43 & 44.*

38 *Appellatio, non valet pos tres sententias conformes, supra num. 8.*

39 *Et appellatio in via executiua, non valet quo ad effectum suspensiuum.*

40 *Appellatio quando non admittatur à subhastatione bonorum.*

41 *Appellatio ad Metropolitnũ à sententia lata ab Episcopo delegato sedis Apostolicæ, quando sit admittenda.*

42 *Appellatio cessat vbi sententia fuit translata in rem iudicatam.*

43 *Appellatio licet non permittatur in iudicio possessorio, admittenda est in emergentibus.*

44 *Appellatione vbi interlocutoria, nõ obstante proceditur in causa donec detur.*

45 *Appellatio in causis decimarum, non habet effectum suspensiuum.*

46 *Appellatio in causis mercedes non admittitur.*

47 *Appellatio non suspendit executionem præstationis alimentorum.*

QVamuis in meo libro, quem laboro, super Codice Iustiniani, latissime scripsi, super omnes, & singulos titulos loquentes de tota materia appellationis. Attamẽ precisse mihi opus est, nunc pro complemento istius operis dicere de exceptionibus quæ contra appellationes opponi possunt, & origo huiusmodi cæpises, sic se habeat.

Appellatio est querella partis recurrentis, & ponentis se, sub maioris iudicis protectione â sententia contra eum lata, vt per eam iuste emissam grauamina reformentur, vt in l. præfecti, ff. de minoribus, & Abb. in rubric. de appell. & est duplex iudicialis, & extra iudicialis, vt Siluester in summa, §. appell. n. 1 Paz in praxi, to. 1, p. 6. in proœmio de appell. n. 1. cũ seqq. l. 1 tit. 3. p. 3. Marant de ord. iud. p. 6. §. appell. n. 1. cũ seqq. Azeu. in rubric. tit. 18. lib. 4. Recop. vbi ait: appellationem esse de iure diuino, & de iure naturali.

Appellare quis autem possit, vere in Specul. in tit. de appell. §. quis possit appellare 1. & de iure Regio, facit l. 2. cum sequentibus, vsque ad 9. tit. 23. part. 3. vbi Greg. Lop.

Generaliter loquẽdo ab omnibus possit appellare, tã de leg. quã ordinarijs, sed hoc fallit quibusdã in casibus in quibus â Principe, vel à Imperatore, vel â Papa nõ appellatur, sed suplicatur. Nec â sententia arbitri, nec ab executore, nec ab alijs multis casibus relatis in tit. â quibus appell. liceat, vel nõ, & in Specul. in tit. de sentẽt. §. vidẽdũ, & materiã istius numeris, declarat satis optime Marãt. de ord. iud. §. appell. p. 6. n. 235 cũ seqq. tit. 23. p. 3. Dueñas in reg. 41 & 45. & Bern. Diaz in reg. 35. cũ alijs, Couarr. in practic. quæst. c. 23. n. 5. & 6. Paz in praxi, to. 1. p. 6. in proœmio, n. 19. cũ seqq. Didac. Per. in l. 1. tit. 56. lib. 3. ordin. col. 1280. Azeued. in l. 346. & 9. tit. 18. part. 6. 4. Recopillat.

Ad quẽ appellãdũ sit nos eo in numero videre oportet, & quidem appellandum est de minori ad maiorem, & gradatim est ad eum, qui in grado proximo superior est â quo ap-

pellatur, sed hodie ad Papam, & ad Regem omisso, medio potest appellari, vt in l. precipimus, C. de appellationibus, & in l. Imperat. & l. 1. §. si quis, ff. de appellat. & in d. dilecti filij, & in cap. Romana, extra de appellat. & Speculat. de appellat. nunc per totum, Bertachin. in repertor. §. appellatio â quibus, cum duobus §§. sequẽtibus, & in §. appellat. omisso medio, Marant. de ordine iudic. §. appellat. num. 357. cum sequentibus, Couarr. in practic quæstion. cap. 4. num. 9. libr. 18. tit. 3. part. 3. l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopillat. Paz in praxi, tom. 1. part. 6. in procœmio de appellat. nu. 43. verme, supta num. 40. Appellari potest statim, quandocunque grauamen infertur, vel inferri putatur per quemcunque iudicialem processum, vt in cap. ex parte M. & in cap. dilecti, & in cap. cum cessante de appellat. Et potest etiam appellari, non solum statim, sed etiam postea intra decẽ dies in iure canonico, & intra quinque hodie ex nostro iure Regio in foro sæcu lari, & appellatur â sententia diffinitiua, seu à sententia interlocutoria vim diffinitiuę habentem, vt in authentic. de appellat. & intra quæ tempora, & Speculat. in tit. de appellat. §. restat, Maranta de ordin. iudic. part. 6. §. appellat. num. 202. cum sequentibus, & ego dixi in tit. ff. quando appellatur, dum sit, super C. Siluester in summa, §. appellatio, num. 5 cum sequẽtibus, l. 22. tit. 23. part. 3. vbi Gregor. Lop. l. tit. 16. lib. 3. ordin. vbi Didacus Perez, l. 1. tit. 18. lib. 4. Recopillat. vbi Azeued. gloss. *cinco dias*, Montaluus, in gloss. *hasta tercer dia*, l. 1. tit. 15. lib. 2. fori, Paz in praxi, tomo 1. part. 6. in procœmio, num. 14. cum sequẽtibus.

5 Appellatio qualiter fieri debeat, & quid appellans agere debeat, breuiter hic dicamus: & quidem si appellatur â sententia diffinitiua illico, siue incontinẽti, apud acta potest viua voce appellari, cum autem non incontinẽti sed post appellatur, tunc est appellãdũ inscriptis, vt in l. litigatoribus, C. de appellat. & in l. 1. § dies, & in §. si quis ff. quando appellant. sit Speculator, vbi supra, § qualiter per tot. Maranta de ordin. iudic. part. 6. §. appellat. numer. 117. cum sequentibus, Siluester in summa, §. appellat. num. 6 Paz in praxi, tom. 1. part. 6 in procœmio, numer. 29. cum sequentibus, Didacus Perez in l. 12 tit. 16. lib. 3. ordinam. l. 22. in medio titulo, 3. part. 3.

Appellationis prosecutio, intra quę tẽpora fieri debeat, nunc nos scire opportet, & sic breuiter dicamus: quid regulariter intra annum, vel ex iusta causa intra biennũ, vt in authici qui (de tẽporibus) & reparatio appellatio, & in c. cũ sit, Rom. de appell. & in clem. sicut de appell. Specul. in tit. de appell. §. nunc breuiter per totũ, Siluest. in summ. §. appell. n. 17. Marãta de ord. iud. §. appell. n. 217. cũ sequẽtib. quos videre decet, l. 23. tit. 23 p. 3. vbi Greg. Lop. sed de iure nostro Regio instãtia apellationis, vno annõ terminari debet, & ex causa conceditur bienniũ; tamen in hoc in de suetũ dinẽ abit, & nullo tẽpore perit, dũ intra annũ appellationis aliquis actus fiat, id est, vel fatali â protestentur in causis ciuilibus, secus in criminalibus nã istæ nũquã pereunt, vt in l. 2. & in l. 3 tit. 16. lib. 3. ord. vbi Did. Per. Azeu. in l. 2. tit. 18. lib. 4. Recop. Paz in praxi, tom. 1. annotat. 2. de instãtia, nu. 13 cũ seqq. Curia Phil. p. 5. §. 2. n. 10. & Pol. de Bob. lib. 5. c. 1. n. 131. & nos in nostro lib. super Codice.

Appellatio bis, & non tertiõ, licet 7
fieri, quoniã regulariter super quolibet articulo, vel grauamine, & â qualibet sentẽtia diffinitiua, vel interlocutoriã vim diffinitiuæ habẽte, bis tãtũ appellatur, nõ vero tertio, vt in c. directe de appell. & in c. sua, & in l. vnica, C. nec liceat vna eadẽ causa, vt per Speculat. in tit. de appellation. §. quotiẽs per totum, Dueñas in regula 50.

Ma-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

Marant. vbi supra, num. 29. cum sequentibus, Parlad. lib 2. rerũ quotid. c. fin. p. 1. §. 1. n. 5. l. 25 tit. 3. p. 3. vbi glos. 1. Paz in praxi, tom. 1. anotatione 2. de instantia, n. 7. & 8. & in p. 6. c. 3. de prima suplicatione, n. 9. & in p. 6. c. 1. de secũda suplicatione, n. 117. cum seqq Curia Philip. p. 5 §. 1 *de la apelacion*, n. 15. & in §. 4. *de la segunda suplicacion*, n. 3. vbi citat leges Regias, & nos supra, num. 42.

8 Officium eius à quo appellatur, quando sit dicamus, & quidem eius officium est, vt recipiat iustam, & permissam appellationem, & reuerentur ei deferat, si ex legitima causa sit interiecta, quod si non fecerit, nec admiserit punitur, secundum ius in 30. pondo auri, *que oy son treynta mil maravedis*, vt in l. quoniam iudices, & in l. iudicibus, C. de appell. Specul. in tit. de appell lib. 2 §. nunc, n. 1. cũ tot sequẽtib & in l. 25. tit. 19. lib. 8. & in l. fin tit. 16. lib. 3. ord. vbi Did. Per. & in l. 2 tit. 15. lib 2. fori, & hodie ex l. 13. tit. 18 lib. 4. Recop. vbi Azeu. Marãt. §. de appell. n. 199 cũ seqq. & n. 388.

9 De officio quoque eius iudicis ad quẽ appellatur aliqua docere, hic cõsequẽs erit, & certe ad eius officiũ spectat appellationem, sibi presentatã recipere, & diligenter eius formã inspicere, & videre an fuerit intra quinque dies in foro sæculari, vel intra decem in foro Ecclesiastico appellatum, vel si fuit in causa permissa facta dicta appellatio, vel appellationi tacite, vel expresse renunciatum, vt in cap. Romana, §. si vero de appell. & postea debet videre, ex qua causa fuerit appellatum, & ad hoc debet partes citare, vt in c per tuas de appell. vt in reliquis iuribus citatis, in Specul. vbi supra, §. *del oficio*, l. 5. tit. 18 lib. 4. Recop. l 23. post medium, tit. 23 p. 3 l 3. vbi Montalu. in glos pen. & vltim. tit. 15. lib. 2. fori, Paz in praxi, tom. 1. p. 6. c. 1. de appell. n. 8. cum seqq.

22 Toties, quoties, quod fuerit dictũ de sententiæ nullitate executio eius impeditur, donec sit declaratum nullitatem ad esse, vel non. Et sententia multis modis, dicitur nulla, videlicet ratione iudicis, rationis iurisditionis, ratione litigatorum, ratione loci, ratione temporis, ratione causæ, ratione quantitatis, ratione modi, ratione processus, ratione manifestê iniquitatis, vt Speculator in tit. de sententia, § iusta, num. 1. cum sequentibus, & in §. quoniam, ibidem, & nos diximus, supra in cap. de exceptionibus aduersus sententias.

23 Executio sententiæ impeditur si res, quæ in lite illa petitur peruenit, postea ad actorem illam petentem, vt in l 1. C de re iudicata, vbi dicit Bartolus, quod contra sententiam, potest opponi exceptio, quod petis intus habes, & quod exceptio super veniens post sentẽtiam potest opponi, post sententiam in executione, & in l. 1. & 2. ff de conditione, sine causa.

Si sententia torturæ, vel mortis, seu alterius afflictionis pro lata fuerit, contra mulierem pregnantẽ eius executio impeditur, donec peperit, vt in l. prægnantis 3. ff de pœnis, l. 2. vbi gloss. 7 tit. 36. part 8. & in l. 11. vbi gloss. 4 tit. 31 part. 7 l. 2 tit. 5. lib. 4. fori, Auiles in cap. 5. prætorum, gloss. *mandamientos*, num 3. Antonius Gomez, tom. 3. cap. 13. num. 13 in fin. & num. 37. per totum, Couarruu. lib. 4. variarum, cap. 4 Paz in praxi, tom 1. part 5 cap. 3. §. 12. num. 48 Cepola in cautel. 2. num 9. & 10. vbi dicitur: quod mulier malefica prægnans si peperit, & nõ reperiatur, qui puerum nutrire voluerit tamen eius executio pœnæ differri debet. 24

Sententia lata contra seruum administratorem differtur executio, donec domino reddat rationes administrationis, quod idem est in alio quouis administratore, vel procuratore, vt in l. 1. C. de bonis prescriptorum, & Auiles in cap. prætor. gloss. *mandamientos*, num. 20. Cepola, cautel. 2. num. 3. Clarus in lib. 5 cap. fin. quæst. 97 numer. 1. Ludub. Carrer. in praxi, § ei rea, num. 21. fol. 242. 25

Executio alicuius, qui ad mortem ducitur propter maximam, & perfectam peritiam alicuius artis, vel respectu roboris differri potest, sed hoc fallit, quando tumultus aliter se dari, non potest, ni condemnatus interfiatur, quia tunc non obstauit, quod sit in dignitione, vel magni artificij, vel maximè fortitudinis, idem verò erit, quando esset latro manifestus, vel seductor prærruptus, quia poterit tunc executio mortis fieri, vt in l. ad bes- 26

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tias, ff. de pœnis, vbi Doctores ordinament. & reliqui citati per Cepolã, in d. cautela 2. num. 1. l. 1. tit. 32. part. 7. vbi gloss. 4. & 5. Couarruu. in lib. 2 variar. cap. 9. num. 6. Antonius Gomez, tomo 3. cap. 13. num. 36. versic. 3. Maranta de ordine iudicior. part. 6 §. executio sententiæ, num. 60. Auiles in cap. 1. prætorum, gloss. *mandamientos*, num. 24. & 25. Didac. Percir. gloss. 1. l. 1. tit. 1. lib. 4 column. 1. in medio, pagin. 763. Tiraquell. de pœnis temp. Azeued. consult. 29. num. 39. Caldera lib. 3. variar. lect. cap. 4. Ludub. Carrer. in praxi, §. circa, numer. 1. cum sequentibus, fol. 243.

27 Executio alicuius, qui ad mortem ducitur differri potest, si de grauiori crimine accusetur, ex quo grauior pœna imponenda euenit, vt in l. 1. §. fin. ff. de custod. reorum, & quę dicatur grauis, vel grauior pœna statutis, vel legibus dicitur in gloss. 1. l. 1. C. nec licet, Cæpola in cautela 2. num. 2. Auiles, in cap. 1. prætorum, gloss. *mandamientos*, num. 26. l. 14. tit. 23. part. tit. 3. ex gloss. 2. & sequent. Ludobicus Carreira, §. circa, num. 35 folio 242.

28 Mulier malefica prægnans si peperit, & non reperiatur, qui puerum nutrire voluerit, tunc executio differri debet, donec nutrix reperiatur, quia eadem ratio est in conseruandum eum, qui erat in ventre, quam vt liber nascatur, vt in l. 1. C quibus ex caus. seruí pro primi libertat. & in l. lex Cornelia, ff. ad sylia, & in l. secundũ lege, §. sin autem, ff ad Carbonian. Olæral. Bartul. & reliqui in l. prægnãtis, ff. de pœnis, Cępola, cautela 2. numer. 10. Politica de Villa Diego, cap. 3. num. 349. Antonius Gomez, tom. 3. cap. 13. num. 37. vers. quanto, Ludubicus Carrer. vbi supra, num. 22. fol. 242.

29 Decuriones ciuitatum, & magnati illius Regni nequeunt ad mortem damnari, nisi prius præsens, vel prætor consulat Principem, vt in l. diui fratres, §. 1. ff de pœnis, & in l. 2. §. 1. ff. de boni eorum, qui sibi mortem, & in l. 1. §. simili modo quando appellat rescindi, & alia iura citata pro Cępola, cautela 2. num. 11. Caslaneus in catalago glorię mund. 5. part. consideratione 24. casu 65. Politica de Bobadilla, lib. 3. cap. 8. num. 26. in fin. Ludobicus Carrer. §. circa, num. 25 cum sequentibus, fol. 242.

Executio quoque super sedetur, 30
quando damnatus ad mortem vult ducere vxorem, meritricem in lupanari publico existentem ex ea ratione, quia á publico, & continuo peccato extrahit, vt in ca. inter opera de spõsalibus. & Paris. de Puteo, in tractatu de syndicat. in parte, an si iudex, folio 116. Sed quamuis hoc de iure procedat attamen parum, & raro practicatur, vt testificat Antonius Gomez, tomo 3. cap. 13. num. 37. versic. quantus casus est, Auiles in cap. 1. prætorum, gloss. *mandamientos*, num finali, Couarruuias de sponsalib. part. 2. capit. 3. § 4. num. 17 Ludobic. Carrer. §. circa, num. 24 fol. 242. Plaça, lib. 21. delictorum, cap. 34. num. 9. Clarus, §. fin. quæst 98 num. 6.

Executio sententię, non potest fieri in bobus aratorijs, nec in alijs instrumentis, quæ necessaria sunt ad ministerium agriculturę, vt in l. executores, & in l. agricultores, C. quæ res pignori obligari possunt, l. 3. in gloss. non, *bueyes de arada*, lib. 27 part. 3. vbi citat, l. 5. & 6. tit. 17. lib. 5. Recopillat. l. 9. tit. 13. part. 5. vbi gloss. 2. Maranta de ordin. iudic part. 6. §. executio sententię, num. 31. Paz in praxi, tomo 1. part. 4. cap. 2. num. 36. Parlador. rerũ quotidian. cap. fin. part. 5 §. 3. num. 16. Politica de Bobadilla, lib. 3. cap. 3. num. 61. vbi gloss. *n. y o* vbi ponit quasdam limitationes, l. 25. & 26. 27. & 28. *Que es la pragmatica del año de 1619 que manda que los labradores en ningun tiempo del año puedan ser presos.*

Exe-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

32 Executio impeditur fieri in libris scholasticorum, Doctorũ, vel aduocatorum, nec possunt illi comprehendi sub generali obligatione, vel hypotheca. Sed hoc intelligitur quando scolaris habet alia bona alias secus, vt in gl. l. nepos proculo, ff. de verb. sign. & in l. commodis, & in l. stipendia, C. de executio rei iudica. & Maranta de ordin. iudic part. 6. §. de executione sentent. num 46. Parlador lib. 2. rerũ quot. cap. fin. p. 5. §. num. 8. & ibidem num 21. & 22. & in §. 6. ibidem, num. 17. cum sequentibus, Paz in praxi, tom. 1. part. 4 cap. 2. nu. 37. vbi plura alia iura citat. Rebuff. de scholariũ priuilegijs, num. 123.

33 Executio fieri, ne quit in armis militum, neć in breuiario clerici, nec in lecto, vel veste quotidiano, nec in instrumentis artificum, nec in alijs pluribus, quæ referuntur per Marantam de ordin. iudic. par. 6 §. executio sententiæ, num. 28. cum seqq. Sed hoc intelligito, nisi quando alia bona, nõ extant, & per Parlador. rerum quot. part 5 cap fin. § 3. nu. 18 cum seqq. Auiles in cap. 1. prætorum, glos. *ni lleuaran*, num. 11. cum seqq.

34 Executio fieri, non debet quando post sententiam constat de innocentia rei accusati, vt in l. 1. §. fin ff de quæstio, vbi Bartol. Phillipus Dec. in l. & si nihil 143. num. 1. & 2.

35 Executio impeditur fieri in rebus Ecclesiasticis, & in sepulchris, vel capellis, vel iuribus patronatus. Etiam si alia bona deficiant, vt in cap. 1. de pignoribus, & in l. 2 C. de sepulchro violato, l. 7. tit. 2. lib. 1. Recopil. Couarr. lib. 1. variarum, cap. 16. num. 8. Lara in l. offidius, ff. de priuil. creditorum, & in cap. de iure patronat. Abbas in cap. querimoniam, eodem tit. & in cap. ex literis, de iure patronat. & in cap. cum Berthöldus, de re iudicata, l. 5. tit. 5. lib. 1. fori, Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 5 §. 3. num. 27. cum seqq.

Etiam pro debitis vniuersitatum, 36
nequeunt fieri executiones in vijs publicis, & in theatris, & alijs similibus, quæ sunt ad vsum ciuium, & ipsius vniuersitatis, sed compellitur potius vniuersitas imponere collectam, secundum, Alexand. in l. commodis, ff. de re iudic. & Bartulus, & Doctores in l. 4. in principio, eodẽ titulo, quos citat Maranta de ordin. iudic. part. 6. §. executio sententiæ, num. 51. *Ni tãpoco los vezinos de las vniuersidades pueden ser executados por las deudas de las vniuersidades*, vt in l. 7. tit. 17. lib. 5. Recopillat. nec in frumento, quod in horreis publicij conditum est, executio pro debito vniuersitatis fieri non potest, nec in pratis, nec indehesis publicis, & communibus omnibus, vt in l. 9 tit. 28. & in l. 7 tit. 29. part. 3. & Gregorius Lupus in gloss 8. in medio, l. 3. tit. 27. part. 3. Auiles in cap. 30. prætorum, glossa *gareias*, num. 3. per totum, Parladorus, lib 2. rerum quotid. cap. fin. part. 5. § 3. num. 38. cum sequentibus, Azeuedus in l. 26. tit. 21. lib. 4. Recopillat. Politica de Bobadilla, lib. 3. cap. 8. num 72. cum sequentibus, sed pręcipuè, num. 75.

Executio sententiæ, non potest fieri 37
in rebus dotalibus, nec inuestibus mulieris pro debito marito, nec ecõuerso in bonis mariti pro debito mulieris, vt per totum titulum, C. nec vxor pro marito, nec marito pro vxore, & in l. 1. C. ad l. Iul. de vi public. Marant. de ordin. iudic. part. 6. §. executio sententiæ, num. 52. & 53 Parlador. lib 2. rerum quotid. cap. fin. part. 5. §. 3. num 42. & 43.

Executio sententiæ pro debito ci- 38
uili, nequaquam fieri potest in debito res cadauere, nec de teneri, nec seppeliatur, sed pro in humanitate criminis magni quandoque cadauersus pẽditur, vel vritur, vt in authent. vt defuncti funera, collation. 5. vbi Doctores, l. 13. tit. 9. part. 7 vbi gloss. 1. quã ad id legitore, l. 15. tit. 13. part. 1. Spinus

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

nus in speculo testam. glos. 21. princ. num. 11. cum sequentibus, Segura in repetition l. si ex legati, num. 73. cum sequentibus, Couarruu. lib. 2. variarum, cap. 1. num. 10. & 11. Anton. Gom. tomo 2. cap. 11. num. 56. Roderic. Xuar. in l. Regni, post rem iud. limitation. 9.

39 Executio fieri impeditur pro has exceptiones, videlicet nullitatis notoriç ortę ex processus actis, non numeratæ pecuniæ rei, non tradite pretij, non soluti compensationis, & per omnes alias, quæ legitime fuerint, & probandæ intra decem dies oppositionis, l. 1. tit. 21. lib. 4. Recopillat. vbi Didac. Pereir. Gutierrez, Azeued. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 5. §. 11. per totum, Paz in praxi, tom. 1. part. 4. cap. 3. per totum.

40 Executio tamen impediretur, per exceptionem, reconuentionis, restitutionis, & lęsionis, vltra dimidiam iusti pretij probatam legitime intra terminum decem dierum oppositionis, vt in iuribus citatis pro Gutierrez, lib. 1. practic. ciuil. quæst. 111. & quæst. 112. Azeued. in d. l. 1. tit. 21 libr. 4. Recopillat. num. 127. cum sequentib. & num. 157. & 174. Parlador. vbi supra, part. 5. §. 11. num. 30. cum sequentibus, & num. 42. & 53.

CAPVT XXIIII.

De Exceptionibus quæ opponi possunt, contra omnes præscriptiones rerum mobilium, & immobilium, nec non spiritualium, & temporalium.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio quid sit.*

2 *Præscriptionum multæ sunt species.*

3 *Tempus de momento ad momentum inspicitur.*

4 *Præscriptio ante momentum finitur.*

5 *Præscriptio 20 horarum est de viro, qui debet retinere adulterum deprehensum cum vxore.*

6 *Præscriptio vnius diei est, de eo qui viua voce, voluit appellare dissoluta figura iudicij.*

7 *Vnius diei præscriptio est de iudice, qui sententiam tullit, qui eadem die, illa quæ desunt supplere poterit.*

8 *Alia vero præscriptio est illius, qui per vnum diem, a quam duxit per fundum.*

9 *Præscriptio vnius diei est, postquam iudex protulit sententiam si in eadem die super fructibus, & expensis non pronunciauit, num. 7.*

10 *Duorum dierum præscriptio est, quæ obijcitur, & qui ornatum iumentum vendidit, si ante viduum ornatum iumentum habuit.*

11 *Trium dierum præscriptio est, de eo qui potest recusare iudicem.*

12 *Trium dierum præscriptio est, de glandelegenda in agro alieno, & qualiter hoc debeat fieri.*

13 *Trium dierum præscriptio est, de aduocato qui potest intra triduum errorem suum corrigere.*

14 *Præscriptio quinque dierum est, contra non appellantem in foro sæculari, vel appellationem non ratificantem.*

15 *Præscriptio 6. dierum contra non elegantem, allegationes iuris, aliàs,* de bien prouado, *currit, & contra non obijcientem repulsas testium.*

16 *Præscriptio 6 dierum, est contra iudicem non proferentem sententiam interlocutoriam.*

17 *Octo dierum præscriptio est, contra illum, qui non repetit, quod perdit in ludo.*

18 *Præscriptio 8. dierum currit, contra illum qui non probat exceptionem, excommunicationis.*

19 *Præscriptio 9. dierum, vt non conue-*

nia-

niatur quilibet ex persona defuncti ante 9. dies.

20 Currit præscriptio contra non contestantem litem, intra 9. dies à die notificationis.

21 Præscriptio 9. dierum currit contra non opponentem, exceptio incompetentiæ.

22 Eadem præscriptio, in non retrahentem rem patrimonij currit.

23 Præscriptio 9. dierum currit, in bonis venditis in executionibus, seu in pignoribus, & in locatione rerum ciuitatum.

24 Nouem dierum præscriptio currit contra delinquentes, absentes, cõtumaces, ex vi pro clamationis.

25 Decem dierum præscriptio currit contra non appellantem, vel supplicantem in foro Ecclesiastico, idem de sententia arbitrorum, num. 27.

26 Præscriptio 10. dierum attamen currit contra executatum non probantem intra 10. dies oppositionis.

27 Est & similis præscriptio constituentis se soluturum per alium.

28 Præscriptio 15. dierum currit contra minores, vel alios quoscumque priuiligiatos, non petentes restitutionem obmissam probationem, vel allegationẽ.

29 Quin decem dierum præscriptio habitur contra non probantem exceptionẽ, expoliationis.

30 Quin decim dierum præscriptio est, nec testis vltra eos detineatur inuitus.

31 Præscriptio 20. dierum, est quæ competit pulsato ad remouendum iudicem.

32 Est & alia 20. dierum, quæ concepta est ad liberandum virum quis cedat, vel contendat.

33 Similis quoque 20. dierum est, quæ datur iudici, quam officio deposito deredit de prouintia.

34 Triginta dierum præscriptio est de pupillo, qui vectigal non soluit.

35 Similes præscriptio est creditoris, qui scripsit se accipisse pecuniam debitam.

36 Est & alia illius qui vsus est via, & de iudice in syndicatione, num. 37.

37 Alia vero est de eo, qui debet inuentarium inchoare.

38 Est alia quæ comparata est ad flagitandos Apostolos, num. 40. & 41.

39 Alia tamen est, quæ obijcitur damnum passo, ex tertio capite legis Aquiliæ, num. 42.

40 Est & alia quæ datur ei qui reducitur ad res suas disponendas.

41 Alia similis est in venditione rerum minorum immobilium.

42 Præscriptio 40. dierum est contra non se presentandum cum testimonio appellationis extra portus.

43 Præscriptio 50. dierum datur ad excusationem tutorum.

44 Alia vero præscriptio, quod iudex deposito officio in eade ciuitate, vel Prouintia commorari debet.

45 Duorum mensium præscriptio tuetur lusores.

46 Exceptio nullitatis præscribitur per lapsum 60. dierum, & secũdus quãdo.

47 Si aliquis fidei iussit pro alio detrahendo cum ad iudicium, sine termine assignatione post duos menses liberatur.

48 Præscriptio 60. dierum, est quæ competit taliter vendenti si res displicuerit.

49 Eadem est, quæ datur nomine ornamẽtorum nõ prestitorum ad iumenta redhibenda.

50 Alia similis, illius qui iure mariti accusationem noluit intentare.

51 Est & alia, qua actor repellitur si litem contesta non fuerit.

52 Ista quoque similis est iudicis, qui iudicat contra clericum in ciuili crimine.

53 Alia est illius qui fidei iussit de presentatione personæ, sine scriptis.

54 Præscriptio 80. dierum, est ad probationes.

56 Duorum mensio præscriptio, est ad torquendos seruos, post missionem repudij.

57 Est & alia, vt in centarium implicatur.

58 Alia tamen est, si Ancilla fuerit vendi-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dita, vt manumittatur si præsens fuerit.

59 Est & alia similis si quis vellit fisco compensationem opponere.

60 Eadem est de debitore fisci, qui vult dilationem impetrare in minoribus causis.
Et quæ causæ dicantur maiores.

61 Ipsa tamen est de eo qui fidei iussit sine scriptura, siue ad tempus in causis priuatis, secus in publicis, vere supra, num. 54.

62 Est, & alia de emphyteuta, vt possit vendere post denuntiationem.

63 Alia est, vt clericus qui delinquit prouniatur.

64 Trium mensium præscriptio currit, cõtra capitulum, non eligentem.

65 Currit tamen hæc præscriptio, contra non opponentem exceptionem dotis, nõ numeratæ.

66 Eatamen currit contra hæredem, non repudiantem, vel non aceptantem, vere supra, num. 58.

67 Eodem modo currit, cum vna ex litigatoribus renuntiauerit testibus.

68 Præscriptio hæc currit, si opus nouum fuerit nuntiatum.

69 Idem est, quando debitor fisci petit dilationem in maioribus causis.

70 Eadem est quæ competit creditori hæreditario aduersus hæredem.

71 Eadem est de eo, qui non debet morari in sua Prouintia.

72 Alia est qua repellitur, qui dilationem petit, nec testes, nec instrumenta protullit.

73 Quatuor mensium Præscriptio est quæ datur socio, qui impedit in refectione, si socius nollit conferre.

74 Eadem datur præsbyteris ad extranorum tutellas nominatis.

75 Dãtur alia similis contra Clericum tutorem, vel curatorem, qui causam consanguineorum cæpit, & causam restitutionis non peregit.

76 Sex mensium præscriptio est qua curit contra illum, qui redhibitoriam, negligit intentare.

77 Eadem currit in collatione beneficiorum contra non conferentem.

78 Præscriptio hæc currit, tamen in expectatione absentium, cum agitur de spirituali coniugio.

79 Filio exhæredato, datur spacium sex mensium ad adeundam hæreditatem, & quomo fiat.

80 Præscriptio sex mensium currit de eo, qui impetrauit dilationem probatoriam, si fuerit de continentibus in prouintijs.

81 Eadem est de eo, qui manumisit ancillam causa matrimonij, nisi iusta causa impediatur.

82 Per eandem reppellitur, qui adulterĩ vult accusare.

83 Actio realis, & personalis, & etiam hypothecaria tollitur sex mensibus.

84 Eadem est de relictis legatis in diem, vel sub conditione.

85 Nono mensium præscriptio est de eo, qui impetrauit dilationem, si habitabat in transmarinis partibus.

86 Eadem est, qua repellitur qui a præside dilationem petijt.

87 Vnius annij præscriptio expirat actio iniuriarum.

88 Quanti minoris actio, per vnum annũ præscribitur.

89 Dotis exatio, intra annum in rebus mobilibus datur.

90 Exceptio non numeratæ dotis intra annum, quando opponenda.

91 Intra annum ad quadruplum datur actio, quod metus causa si res non restituatur.

92 Eadem datur ad bonorum possessionem parentum.

93 Item est in seruo alieno, qui rapuit inscio domino.

94 Item de eo, qui ab fuit causa republice, vel alia iusta causa.

95 Item de eo qui alienauit causa iudicij mutandi.

96 Item eadem datur prohimine mortuo

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tuo ex eo, quod deiectum erit, eadem est quando hæres abstulit, quod donatrix contulerat.

100 Item de eo, qui pecuniam accepit, vt negotium faceret alicui, vel non faceret calumnioſe.

101 Eadem currit ſi nouer ea rapuit in quadruplam, poſt annum in ſimplum, vere ſupra, num. 95.

102 Si quis accepit rem propter reum abſentem, poſt ſententiam præſcribitur lapſu anni.

103 Hæres ſcriptus intra annum hæreditas addire debet.

104 Item eadem, datur in patrem nomine peculi, quæ poſt mortem filij durat anno vtili.

105 Item ſi quis per vim fuerit expulſus.

106 Creditor intra annum vtilem poteſt agere aduerſus fraudatorem.

107 Anni præſcriptio datur, vt inuentarium fiat.

108 Item eſt de periclitante pro libertate ſi citatus non venit.

109 Currit tamen vnius anni præſcriptio, quando quæſtio pro legato, vel fideicommiſſo vertitur.

110 Item contra creditorem, qui rapuit res ſibi obligatas.

111 Item de eo qui vocauit cum inius, quã vocare non debebat.

112 Accuſatus pendente accuſatione ad honores ante ſententiam intra annum non admittitur.

113 In fauorem eximentem per vim aliquam de iudicio currit tamen.

114 Epiſcopus extra ſuam Eccleſiam, vltra annum, non debet ſtare.

115 Anni præſcriptio eſt de eo, qui incumbit tutoris petitio, & quomodo hoc intelligatur.

116 Tempus exercendæ, & finiendæ appellationis eſt annus.

117 Acti, ſi quis ius dicenti, non obtemperauerit non datur poſt annum.

118 Præſcriptio anni, eſt quæ obijcitur domino, cum ſeruus clericus factus eſt.

119 Item eadem obijcitur poſtulantibus bona ſibi adijci rebus venditis creditoribus.

120 Si quid alicui relictum ſit, nec nubat ſecundo currit præſcriptio vnius anni.

121 Abſentes reipublicæ cauſa, poſtquam reuerſi fuerint, per ſpacium vnius anni, non ſunt vocandi.

122 Præſcriptio vnius anni minori, quando poteſt obijci.

123 Nauicularius qui dicit ſe feciſſe naufragium intra annum prefacto nuntiare debet.

124 Annona præſtanda eſt militibus, ſingulis, diebus prius, quam annus labatur.

125 Si mulier intra annum, luctus nubat ſecundo viro, puniebatur de iure communi, ſecus de iure nouiori.

126 Duorum annorum præſcriptio eſt quæ obijcitur conquerentibus de dolo.

127 Actio querellæ nonnumeratæ pecuniæ intra bienium eſt proponenda.

128 Si conductores horeorum nõ apparent, nec ſoluitur penſio per bienium poſſum horrea aperiri.

129 Primicerius fabricenſis per bienium, habet vacationem a muneribus.

130 Secunda intercesſio mulieris poſt bienium facta, aufert mulieri beneficium Velleiani.

131 Duorum annorum præſcriptione repellitur emphyteuta, qui debuit ſoluere debitum.

132 Cauſæ criminales debent intra bienũ terminari à litis conteſtatione commemorandum.

133 Agrum ſterilem, & tributarium, & deſertum, quilibet authoritate propia poteſt inuadere, ſed dominus deſerens intra bienium recuperare poteſt reſtitutis expenſis.

134 Promiſsio de non expellendo collonem, intelligitur ſi collonus in ſolutio-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

lutione pensionis per biennium, non cessauerit.

135 *Mulier quando post biennium poterit consentire alienationi rei donatæ.*

136 *Naufragij causa an intra biennium, debeat terminari, alias quando nauicularius absolueretur.*

137 *Missio in possessionem quando proderit creditoribus presentibus, & venientibus intra biennium, & debitum ostendentibus.*

138 *Debitor intra biennium, debet redimere pignus, & quid si non redimerit.*

139 *Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum, ad fidem prescribitur triennio.*

140 *Res mobiles præscriptione trium annorum præscribuntur, cum bona fide, & titulo.*

141 *Mater tenetur alere filium per triennium, dum non sit nobiles.*

142 *Frigiditas, & impotentia iocundi, probanda est per triennium, quando dicta frigiditas non est notoria.*

143 *Propter Actoris absentiam lite contestata causæ diffinitio, non progreditur vltra trientium.*

144 *Clericus ad tabullas non potest ludere, aut ludenti participasse, aut spectaculorum gratia venire, & si in hoc delinquerit tribus annis à venerabili ministerio prohibeatur.*

145 *Professio vite Monasticæ, ante triennium elapsum, non sit si conditio professentis sit dubia, an sit seruus, vel non.*

146 *Sententia contra fiscum lata intra triennium possit retractari.*

147 *Si hæres suus est maior, & hæreditas alienata sit ad eam reddire, non potest, sed si minor restituitur, & creditoribus hæreditarijs si non est alienata, & est maior, vsque ad triennium redire potest.*

148 *Possessor bonorum vacantium, post denuntiationem factam fisco tuetur quadrennium.*

149 *Si bona Titij mortui, delata fisco possidet Seius sine titulo quando quadrennium præscribantur.*

150 *Si minor 25 fuit læsus pro se, vel per suum administratorem restituendus intra quadrennium, etiam postquam maior factus fuerit.*

151 *Venditio in qua adest læsio, vltra dimidium, potest rescindi intra quadrennium.*

152 *Venditio rerum debitorum fieri, non debet intra quadriennium, & qualiter hoc intelligatur.*

Præscriptio 5. annorum.

153 *Qui habet administrationem iustitiæ donationem accipere, non potest nisi post quinquennium.*

154 *Mulier post quinquennium absentiæ mariti ad alias nuptias, qualiter migrare possit.*

155 *De statu defunctorum post quinquennium, non potest quæri.*

156 *Mercatores, & nauicularij olearij, qui magnam partem patrimonij circi contullerunt, intra quinquennium muneris publici vacationem habent.*

157 *Adulter de adulterio, potest accusari intra quinquennium à tempore commissi criminis, etiam muliere defuncta.*

158 *Bonorum separatio, non potest postulari post additionem hæreditatis, vltra quinquennium.*

159 *Inofficiosi testamenti quærella, præscribitur per quinquennium, post hæreditatem additam.*

160 *Accusatio facta contra occisores de familia intra quinquennium, debet fieri, & semper contra alios.*

161 *Serui postquam stiterunt, vt serui per spacium quinquenij non debent reuocari in seruitutem.*

162 *Res quæ incidit in comissio peti, non potest post quinquennium, nisi lis sit contestata.*

163 Collu-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

163 *Collusionem sententiarum latarum, pro ingenuitate detegere posse, post sententiam intra quinquenium.*

164 *Minor si hæres sit maioris, vel minoris defuncti, qui in vita sua, & intra tempus, sibi competens, non opposuit exceptionem dotis nonnumeratæ quinque annorum gaudet spatio, non expectato exitu ætatis eius.*

165 *Maior 25. si per quinquenium continuum tacuerit inducitur quædam tacita ratihabitio contra quam venire, non potest post quinquenium.*

166 *Redempti ab hostibus, debent soluere pretium redemptionis, vel seruire per quinquennium redemptori.*

167 *Cubicularius, si domino inuita factus sit seruus, potest intra quinquennium, cum peculio a domino vindicari.*

Præscriptio 7. annorum.

168 *Præscriptio 7. annorum, est de pupillo instituto, vt hæreditatem adeat.*

Præscriptio 8 annorum.

169 *Præscriptio 8. annorum est de hærede, vt præstet alimenta simpliciter.*

Præscriptio 10. annorum.

170 *Præscriptio 10. annorum, currit inter præsentes, quando qui possidet habet titulum, & bonam fidem.*

171 *Testamentum perfectum, quando sit reuocatuntum, per contrariam voluntatem, declaratam cum transcurso decenij, ex tempore prioris testamenti.*

172 *Vsusfructuarius, qui non fuit vsus vsufructu, per decennium amittit illum.*

273 *Exulatus si quis fuerit, sine temporis prefinitioni intelligitur per decennium.*

174 *Manumissus à fisci debitore in fraudem ipsius fisci, reuocabitur in seruitutem, nisi pro decem annos stiterit in libertate.*

Præscriptio 12. annorum.

175 *Testamentum validum fœminæ facere non possunt, nisi post duodecim annos completos.*

176 *Præscriptio duodecim annorum currit contra non opponentem exceptionem dotis, nonnumeratæ, infra 12. annos, ac die nuptiarum.*

177 *Matrimonium contrahere non possunt fœminæ, nisi post duodecim annos.*

178 *Fœminæ à tutella liberantur postquam duodecim annum compleuerint.*

Præscriptio 13. annorum.

179 *Præscriptio 13. annorum, datur decurionibus, & silentiarijs si compleuerint eorum officium laudabiliter pro 13. annos.*

Præscriptio 14. annorum.

180 *Masculi post 14. annos completos, possunt contrahere matrimonium, & Ecclesiastica beneficia obtinere, & a tutella liberantur.*

Præscriprio 15. annorum.

181 *Edificium si põstquam factum est demolitur intra vigesimo quinto annos, præsumitur artificis culpa destructum.*

Præscriptio 17. annorum.

182 *Postulare pro se, nec pro alijs puerì non possunt, nisi post 17. annos completos.*

Præscriptio 18. annorum.

183 *Præscriptio 18. annorum est in eo,*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

qui manumissus sit.

184 *Adoptans 18. annos, plusquam adoptatus habere debet.*

185 *Venia ætatis, non conceditur fœminæ minori 18. annorum, sed in masculo 20. requiruntur.*

186 *Præscriptio 18. annorum, est in eo qui parentem captiuum, redimere neglegit.*

Præscriptio 20. annorum.

187 *Possidens rem aliquam immobilem titulo, & bona fide per 10. annos inter presentes, & pro 20. inter absentes, securus erit.*

188 *Masculus veniam ætatis volens, impetrari debet esse maior 20. annorum.*

189 *Seruus si bona fide pro 20. annos, sine interpellatione, sit moratus in libertate liber efficitur.*

190 *Falsi, vel aliorum criminum, accusatio vltra 20. annos, non potest opponi quia præscribitur.*

191 *Præscriptio 20. annorum est de bonis, quæ etiam circa notam reorum requirendorum, contra fiscum obseruatur.*

192 *Milles veteranus, si militabit pro 20. annos, habet immunitatem, & idem est de Doctoribus.*

193 *Præscriptio 20. annorum datur in omnibus quæstionibus fisci, in quibus est actor.*

194 *Rationes publicæ administranionis, intra 20. annos retractari possunt, non vero postea.*

Præscriptio 25. annorum.

195 *Minores 25. annis si læsi fuerint intra eam ætatem, restituuntur in integrum de lesione, sibi causata.*

196 *Masculi puberes, & fœmina, viri potestes accipiunt iuratores, vsque ad 25. annos completos.*

197 *Minores non possunt admitti ad administrationem reipublice, nec ad munera, seu honores ante vigesimo quinto annos.*

198 *Filio si postquam deuenerit ad ætatẽ 25. annorum, ipsa tradet marito liberatur à pœna iniura contra ipsam sancita.*

199 *Cum verba aliqua, fecerunt mentionem ætatis perfectæ, seu ligitimæ, intelligitur de ætate vigesimo quinto annorum.*

200 *Minor si postquam maior 25. annorum factus fuerit ratificauerit ea, quæ in minori ætate gesserit restitutionem perdit.*

201 *Numerus liberorum quamuis non supleat ætatem, quo ad impediendam in integrum restitutionem, impedit quo ad decernendam honores: quia quislibet filius reputatur pro vno anno.*

Præscriptio 30. annorum.

202 *Actiones omnes triginta annis tolluntur quando minori tempore, non sunt limitatæ, sed in ætate pupillari ista præscriptio non currit.*

203 *Ecclesia quo habet potestatem locandi, non potest locare vltra 30. annos.*

204 *Præscriptio 30. annorum, excludit omnes actiones, quæ competunt contra priuatum, secus si contra Ecclesiam nisi 40. annorum.*

Præscriptio 35. annorum.

205 *Præsbiter debebat esse olim 35. annorum, Diacanus, & subdiacanus 25. lector 18. Diaconisa 40. sed hodie in subdiacano, requiritur 22. in diacono 23. et in præsbitero vigesimo quinto, quo ad minus atingerint.*

Præscriptio 40. annorum.

206 *Præscriptio 40. annorum fabet ei, qui te-*

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tenuit domum, vel prædium, per quod tempus poterit dominum remouere.

207 *Fundum patrimonialem, vel templorum, qui possederit per 40 annorum cum titulo, vel sine nullam pro ipso molestiam, vel quæstionem posi poterit.*

208 *Contra omnes Ecclesias præscribitur, præscriptione 40. annorum, excepta Romana Ecclesia, contra quam non præscribitur, nisi 100. annorum.*

209 *Hypothecaria contra extraneum possessorem, tollitur 30. annis præscriptione contra verum debitorem, vel eius hæredem possidentem tollitur 40. nisi præscriptio fuerit interrupta.*

210 *Actio etiam temporalis perpetua efficitur, & in annos 40. perpetuatur per litis contestationem.*

Præscriptio 55. annorum.

211 *Maiores 55. annorum, seu aliàs, & melius 70. inuictos ad munera personalia vocari, non posse secundus in honore, vel munere ei coherente.*

212 *Maior 70. annorum ad tutelam, & ad veram nominatus excusatur.*

Præscriptio 100. annorum.

213 *Ciuitatibus, & Ecclesiæ Romanæ centum annorum competit.*

214 *Immemorialis præscriptio. qualis sit & contra quos currit, & qualiter probatur, & in quo differat â centenaria.*

Præscriptio in quibus casibus, nullatenus currat.

215 *Ecclesia contra priuatum, non possit præscribere 30. annorum, veluti, nec priuatus contra Ecclesiam.*

216 *Laicus non potest possidere spiritualia, nec præscribere decimas.*

217 *Præscriptio si opponatur, super limite diœcesam, non valet.*

218 *Præscriptio non currit tempore hostialitatis.*

219 *Præscriptio contra procurationem, nõ valet, quando est causa visitationis, secus in illa procuratione.*

220 *Præscriptio non valet si fuerit interrupta: nam præscriptio debet esse continua.*

221 *Subditus non præscribit obedientiam contra prælatum.*

222 *Præscriptio non valet contra matrimonia, nec contra votum, nec liber homo, nec tributa publica, nec plura alia, hæc numerata.*

223 *Præscriptio longi temporis, non valet contra illum, qui intentat hæreditatis petitionem.*

224 *Versus per quos summaria docetur, quibus in rebus, non currit præscriptio.*

PRimo quæramus de præscriptionis difinitione, & dicamus: quod præscriptio est acquisitio dominij, per cõtinuationem possessionis, per spatium temporis difiniti à lege, vt in l. 3 ff de vsucapion. vel est, quoddam ius in pœnam negligentium introductum finem litibus imponens, vt Abbas, & omnes in rubrica, & in l 9 in principio, titul. 19 part 6. & Sylvester, cum omnibus sunmistis.

Multæ sunt species præscriptionum, nam aut est præscriptio 20. horarum, aut vnius diei, aut 10. dierum, aut vnius mensis, aut 3. mensium, aut 6. mensium, vel vnius anni, seu bienij, vel trienij, seu quadrienij, vel 10. annorum, vel 20. seu 30. vel 40. vel 100. annorum, & plures aliæ infra progressu istius capitis explicandæ.

Tempus de momento ad momentum computandum erit, veluti si ætas

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

minor inſpicitur inſpicienda eſt, de momento ad momentum, & ſi dies biſixtilis interuenerit cum predecenti computatur pro vno, vt in l. denique 3. §. minorem, vbi in gloſſ. momentum, dicitur: quando tempus de momento ad momentum computetur, & quando non computetur, quã ad id videre licet, & ibidem in gloſſ. biſexto, dicitur: quomodo annus ſit numerandus, & quantos dies habeat, ff. de minorib. Bart. in l. qua ætate, ff. de teſtament. Iaſſ. in §. ruſus, num. 59. inſtit. de action. l. 2. ibi: *Quanto quier que la mengue*, titul. 19. part. 6. ſed in vſucapionibus, & in omnibus fauorabilibus dies cæptus, habetur pro cõpleto, vt in l. in vſucaponibus, 6. ff. de vſurpation. & in cap. ſuper eo, de appellation. Cardoſius in praxi iudicũ, §. tempus, num. 2. & 3. vbi declarat: quid ſit momentum, Silueſter in ſumma, §. tempus, Zeuallus tom. 1 quæſtion. 401. num. 6. & Azeued. in l. 4. tit 4. num. 6. lib. 7. Recopillat. Thomas Sanch. de matrimon. lib 2. diſp. 24. num. 16. & 17. & 22 & in lib 7. diſp. 37. num 2. Montaluus in gloſſ. *ſea contado*, finalis legis 1. tit. 15. lib. 2. fori, Didacus Perez, lib. 7. tit. 2. l. 22. pag. 409. column. 1. verſic. ſed eſt dubium, & in gloſſ. 9. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordinament. Azeuedus in Curia Piſan. lib. 4. cap. 2. num. 6. Anton. Gom. l. 70. Tauri, num. 25. vbi Doctores citati, ibidem, in addictione.

4 Preſcriptio ante momentum finitur, vt in vſucapione trienij, decem eſt viginti annorum, ſed ſecundus eſt in præſcriptione 30 vel 40. annorum, quia in præſcriptione hac 30. vel 40. annorum, requiritur totum tempus eſſe completum ad eo, quod ſi vna dies, vel etiam momentum vltimi diei ſuper eſſet, nihil eſſet, ſecundus in preſcriptione 10. vel 20. annorum, vt in l. in vſucapione 15. in principio, in his verbis: in vſucapione, ſcilicet, trienij 10. vel 20. annorum, ita ſeruatur, vt etiam ſi minimo momento, nouiſsimi diei poſſeſſa res ſit, nihilominus repleatur (ideſt) compleatur vſucapio, nec toties dies exigitur ad explendum conſtitutum tempus. ff. de diuerſis, & temporali præſcript & in gloſſ. in vſucapione ibidem, & in in l. ad rem publicam, ff. de muneribus, & honor. vbi dicitur: quod minor vocatur, qui non tetigit 29 annorum, ſi vero tetigit 25. annorum, pro maiore habetur, vt ad honores admitti poſsit, ſine adminiſtratione.

Marito licet adulterum inuentum cum ſua vxore, ſi nolit cum occidere, vel non poſsit de iure retinere per 20. horas diurnas nocturnaſque, vt oſtendat eum alijs qui poſtea teſtificentur contra eum & in caſu iſto, nõ comitit carcerem priuatum, nec tamen ſi retineret falſificatorem monetę, vel furem, vel in alijs ſimilibus caſibus, vt in l. capite quinto, 25. ff. ad l. Iuliam, de adult. & in l. 1. C. de falſa monet. & in l. itaque ad l. Aquiliam, Iaſſ. in princip. num. 70. de actionibus, §. ſupereſt 7. num. 71. & 72. §. ibi: *Pero deuelos aducir*, tit. 7. part. 7. l. 2. tit. 29. part. 7 gloſſ. 1. l. 7. & 8. tit. 14. lib. 2. ordinam. & l. 7. & 9. tit. 23. lib. 4. Recopillat & ego in tit. de cuſtod. rerum ſuper Codice, num. 14. y 17. Montaluus, gloſſ. 1. l. 11. tit. 13. lib. 4. fori, Anton. Gom. tom. 3 cap 9. numer 5. & Cardoſius in praxi, §. carcer. num. 45 Azeued. in l 7. num. 10. tit. 23. lib 4. & in l. 4 tit. 4. lib. 8. num. 9. & in l 2. tit 13. lib. 8. nu. 14. & 157. & 215. Recopillat.

De præſcriptio vnius diei.

Præſcriptio vnius diei, eſt de eo 6
qui viua voce voluit, diſſoluta figura iudicij, ſi non illico appellauit poſtea, ſine libello non auditur, quia ſententia lata ſi ſtatim fiat appellatio poteſt fieri viua voce, ſine libello, poſtea vero, ideſt, poſt vnum diem non poterat,

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

rat, nisi inscriptis appellari, vt in l. litigatoribus 14. C. de appellat. vbi gloss. illico, Marant. de ordin. §. appellatio, num. 124. & 125. l. 22 tit. 23. part. 3. vbi gloss. 1. & ego in dicta l. litigatoribus, dixi super Codice.

7 Iudex, qui suam sententiam tullit, in eadem die, quæ defuerunt supplere poterit, non verò post, vt in l. Paulus, ff. de re iudicata, & in iuribus in glossa 1. & 2. concordantibus, vbi dicitur: quod sententia diffinitiua prolata, non possit per iudicem retractari, sed ommissa circa pronuntiata, si concernunt accessoria, benè possunt supplere eodem die, & in l quod iussit docetur iudicem posse suam sentẽtiam interlocutoriam reuocare, non vero diffinitiuam, eodem in tit ff. de re iudic. & in cap. cessante, extra de appellat. & in l. iudex, postea quã 55. ff. eiusdẽ tituli, vbi diciditur. Quod iudex non potest suam sententiam diffinitiuam corrigere, quia iudex postea, quam semel diffinitiuam sententiam pronuntiauit, postea iudex esse desinit, semel enim male, seu bene officio functus est, & in cap. in litteris, & in cap. venerabili, de offic. & potest. iudic. delegat. & in cap. si compromissarius, 2. si vero de election. libr. 6. l 3. tit 22. par. 3. ibi: *En aquel dia*, vbi Gregor. Lup. gloss. 6. Auiles in proœmio, cap. prætorum, gloss. *ordenanças*, num. 19. & 20. & in cap. 17. gloss. *enmendar*, num. 11. & in l. 3. tit. 33. part. 7. & Peregrin. verbo, sententia, part. 5. Cardosius in praxi, §. sententia, num. 78. & 79. & in § iudex num. 67. & 68. & vltra hos omnes vide citatos in concordantijs, Ximenez, l. 3. tit. 2. lib. 2. fori, vbi Montaluus.

8 Prescriptio vnius diei, conceditur illi, qui non vi, non clam, non præcario, duxit â quam per suum fundum, non solum pro vnum annum, sed per vnam diem, vel vnam noctem, vt in l. 1. §. quod autem scriptum est, ff. noui de aqua quotidiana, & æstiua, l. ass. in §. equæ, num 42 y 43. institut. de actionibus, quem ad id videtur, Bart. in l. sicuti, §. sed si quęratur, num. 3. ad medium, ff. de seruitutib. & in l. cum res, num. 13. C. de probationib. Gaspar Cauall. in milleloquio iuris, part. 1. milleloquio 279. ex qua lege ex iuribus probatur, quomodo, & quando quis dicatur esse, in quasi possessiõne seruitutis, ex vno actu.

De præscriptione duorum dierum.

Præscriptio duorum dierum est, 9
quæ obijcitur ei, qui vendidit iumentum ornatum, si ante viduum ornatum iumentum habuit, vt in l. ædiles 38. §. vendendi, ff. ædilictio ædicto, vbi probatur, quod vendito equo nondum veniunt illa ornamenta quę erant cum equo tempore venditionis, sed etiam ea omnia quæ erant ante per duos dies causa vendendi, vt verbi gratia, sella, frenum, & alia similia ornamenta, vt lass. de actionibus, § actionum, num 58. & melius 59. cũ alijs, Anton. Gom. tomo 2. cap. 2 numer. 15. vbi ait: ita hoc esse de iure, nisi aliud sit de consuetudine loci, Lasart. de Gabell. cap 20. num. 27. qui disputat. an eo in casu debeatur gabella, Didac. per l. 2. tit. 7. lib. 5. ordinament. pagin. 162. versic. dubitatur, equo vendito, Azeued. in l. 24. tit. 18. lib. 9. Recopillat. num. 24. cum sequẽtibus, qui alios citat, Bertachinus in repertorio, §. frenum, & in §. emptor animalium, num. 3. Gutierr. de gabellis, quæst. 77. num. 14. vbi citat Girandum de gabell. num. 27.

De præscriptione trium dierum.

Recusationis libellus, debet offerri 10
coram iudice recusato si est presens, vel coram iudice loci, vbi degit, vel est recusans, qui debet partes cogere, etiam ad adbitros eligendos intra tri-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

duum (quod idem est, quod illico) sed recusatio fit intra treginta dies electio verò adbitrorum, intra predictum triduum, quorum arbitrorū sententia, per primum delegatum executionis mandabitur, nisi appelle tur, sed hodie in praxi, vsque ad finē pronuntiationis sententiæ potest fieri, vt in l. cum specialis 16. C. de iudicijs, & in l. sententijs, C. de errorib. aduocatorum, & in auth. offeratur, C. de litis cōtestat. vbi Bald. ait. Quod arbitri iuris computantur in iudicibus, & intra tridum in recusationibus sunt eligendi, & illud quod fit intra triduum, dicitur fieri incontinenti, proterea expulsus de possessione potest, vsque ad triennium recuperare, quia dicitur recuperare incontinenti, vt in l. 3. de vi, & vi armata. Itē, qui offert se incontinenti probaturum, videtur incontinenti probare, si probat intra triduum, vt in dicta glos sa sententijs vltima, C. de errore aduocatorum, l. 1. & 2. tit. 16. lib 4. Recopillat.

11 Si glans, ex arbore meo intum fundum cecidit mihi permittitur ingredi, vsque ad tres dies ad eam colligē dam, & glandis nomine omnes fructus continentur, & glans caduca dicitur, quæ ex arbore cecidit, vt in l. vnica, ff. de glanslegan. vbi gloss. & Doctores ordinament. & in l. sylua, ff. de verbor. significat. hodie parum hæc lex frequentatur, cum fructus in alienum fundum pendentes, & caden tes possessori eius fundi cedant, vt in l. Iulianus, §. glans, ff. de exhibend. Cæpola de seruitut. rusticorum, cap. 18 de seminatione plantarum, num. 4. 5. & 6. l. 1. §. vbi gloss. 2. & 3. tit. 28. part. 3. Montaluus in l. 15. tit 4 lib 3. fori, Speculat. in tit. de damnato, §. sequitur 2. num. 19. 20. & 30. & in tit. de causa possessio. & proprietat. §. priuator. num. 32. & 33. & Bertachin. in repertor. §. fructus cadentes, Boerius, decis. 51. num. 6.

Aduocatus potest intra triduum 12
suum errorem corrigere, vt in l. vltima, C. de errore aduocatorum. Item iudex potest corrigere errorē suum, vt in l. error, C. de iuris, & facti ignorant. vbi dicitur: quod erronea confessio cum erratur in facto, potest vsque ad sententiam reuocare, sed post rem dicisam est irreuocabilis, & in l. 1. C. de errorib. aduocato: quæ ita se habet, quod aduocatus profert presente parte ipsas pars pro ferre, videtur, Menoch. de arbitr. libr. 2. cent. 1. casu 25. numer. 3. Padilla, l. error, numer. 9. & 10. C. de iuris, & fact. ignorant, l. 8. vbi gloss. 4. titul. 6. part. 3. Gutierr. de iuramen. confirmat. part. 13. capit. 8. Zeuallus, quæst. 145. Cardosius in praxi, §. error, num. 3.

De præscriptione 5. dierum.

Appellatio in foro sæculari fieri, de 13
bet intra quinque dies â die notificationis, vel intra dictos quinque debe tur fieri ratificatio interposite appellationis, sed in foro Ecclesiastico intra decem dies, debet appellatio fieri, vt in l. 1 tit. 18. lib. 4 Recopillation. & nos supra ea, 3 part. diximus, cap. 22. de exceptionibus aduersus appellationes, num. 5.

De præscriptione 6. dierum.

Allegationes iuris, (idest, *escriptos de bien prouado, y tachas de testigos*) 14
fieri debent intra 6. dies post testium publicationem, vt in l. 1. cum sequentibus, tit. 3. lib 4. Recopillat.

Præscriptio 6. dierum currit con- 15
tra iudicem, non proferentem sententiam interlocutoriā receptionis probationis, si ad id fuit requisitus, vt in l. 1. titul. 17. libr. 4. Recopillation. vbi Azeued. & Gutierr. in practic. ciuil. qnestion. 95.

De

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

De præscriptione 8. dierum.

16 Præscriptio 8. dierum currit contra illum, qui non repetit, quod perdit in ludo taxillarum, vel cartarum, pintarum, vt in l. 2. tit. 7. lib. 8. Recop. Azeued. de exequend. part. 2. cap. 9. num. 5.

17 Exceptio excommunicationis: proba nda est intra octo dies numerãdos â die oppositionis, vt in cap. pia, de exceptionibus, lib. 6. vbi iura in gloss. octo dierum, vbi DD. ordin.

De præscriptione 9. dierum.

18 Præscriptio 9. dierum est, vt quislibet non conueniatur ex persona defuncti ante 9. dies ab obitu numerandos, vt in authent. sed neque, C. de sepulchro vio, & in l. 2. ff. de in ius vocãdo, l. 15. vbi gloss 2. tit. 13. part. 1. l. 13 vbi gloss. 13. tit 9. part. 7.

Et an hoc ita obseruetur in via executiua, dicit D. Paz in praxi, tom. 1. p. 4. cap. 1. num. 41. cum sequentibus, Rodrig. Xuar. in declarat. l. Regni, l. post rem iudic. §. nono limita, nu. 1. & 2. vbi Valdes. citat alios plures DD. quos per te vide.

19 Litis contestatio hodie fieri debet intra 9. dies â notificationis, alias currit præscriptio horum 9. dierum, vt in l. 1. cum duabus sequentibus, tit. 4. lib 4. Recopil. vbi Did. Per. Azeued. & Gutierr. lib. 1. practic. ciuili, q. 46. vsque ad 51.

20 Exceptio declinatoria, & in competentiæ intra 9. dies est oponenda, aliter currit præscriptio contra non oponentem, sed præscriptio 20. dierum currit contra non oponentem, alias exceptiones peremptorias, vel dilatorias, vel reconuentionis, vel mutuam petionem, vt in l. 1. cum seqq. tit. 5. lib. 4. Recop. vbi Azeued. & Gutierr. lib. 1. practici ciuili, q. 52.

21 Rem patrimonialem venditam retrahi, debet intra 9. dies numerandos â vera perfectione venditionis, aliter currit præscriptio contra non petentem eam, etiam sit minor, seu absens, vt in l. 7. 8. & sequentes, tit. 11. lib. 5. Recop. vbi vltra Didac. Per. Azeued. Matienç. verè Gutierr. in lib. 2. pract. ciuili, quæst. 145. cum multis alijs sequentibus, Molina de iustitia & iure, disputat. 370. Parlador. in sexquicentu different. 109. §. 15. num. 4.

Præscriptio 9. dierũ currit in bonis vẽditis in executionibus, vel pignoribus, vel quãdo bona ciuitatũ locãtur. De bonis vẽditis in executionibus loquitur, Castill. in l. 70. Taur. verb. remate, Couarr. lib. 2. variar. cap. 11. n. 3. Didac. Per. in l. 4. tit. 8. lib. 8. ordin. Gutierr in lib. 2. practic. ciuili, quest. 161. num. 2. & 3. Paz in praxi tom. 1. part. 4 cap. 3. num. 48. Parlador. lib. 2 rerum quotid. cap. fin part. 5. § 16 n. 3. cum sequentibus. Et de pignoribus dixi in tit. de distratione pigno. is in meo libro super Codice. Et de locatione bonorum ciuitatum, seu populorum loquitur, lex 4. tit. 5. lib. 7. Recopil. vbi Azeued n. 15. cum sequentibus. 22

Præscriptio 9. dierum currit contra absentes, delinquentes, pro clamatos si intra 9. dies proclamationis, nõ se in iudicio præsentauerint, l. 3. tit 10. lib. 4. Recopil. vbi eius glossatores. 23

De præscriptione 10. dierum.

Præscriptio 10. dierum currit contra eum qui non appellauit in foro Ecclesiastico, intra 10. dies à die notificationis, vel non supplicauit â sententia in foro seculari, seu non appellauit â sententia arbitrorum, vt in ca. quoad consultationem, extra de sentent. & rei iudic. & in authent 20. die C. de appellation. & lup. in cap. 22. de except. aduers. appellationes, n. 5. dixi, & in l. 22. tit. 4 part. 3. in fin. 24

Præscriptio 10. dierum currit contra executatos, si intra 10. dies oppositionis, 25

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tionis nose opossuerint, & oppositionis exceptiones nō probaberint, l.1.2.& 19.tit.21,lib.4. Recopil.vbi Azeued.ibi:*Diez dias.*

26 Debitor nomine constituti habet dies adsoluendum,& ei cōcedendum tur â lege:Nam in constituto intelligitur tacite spacium 10. dies, vt in l. promissor 21.§.si sine die,vbiDD.ad const. pecunia,Ant. Gom. tom.2.c. 11.n.1.Iass.de action.§.in personam n.46.y 55.

De præscriptione 15.dierum.

27 Præscriptio quindecindierum currit contra minores, & alios, similes priuilegiatos, si intra dictos 15. dies, non petierint restitutionem ob omissam allegationem,vel probationem, post publicationem testium, vt in l.3. tit.8.lib.4.Recop.& in l.5.tit.9.& in l.fin.tit.5.lib.4. Recop. vbi Azeued. & alij.

28 Currit tamen hæc præscriptio 15. dierum contra non probantem exceptionem spoliationis â tertio, sibi factam, & in spensis damnatur, vt in cap. 1. de restitut. spoliator. in gloss. quindecim dierum, &in gloss.propo nitur,ibidem.

29 Præscriptio 15. dierum est tamen, nec testistes inuitos,vltra dictos quin decimdies detineantur,vt in l.si quan do 15. C. de testi. vbi dicitur: quod testes absentes possunt cogi venire ad testificandum, etiam in causa pecuniaria: & posquam venerint possunt detineri per quindecim dies.

De præscriptione 20. dierum.

30 Is qui reconuenire vult, non potest nisi coram eodem iudice statim, quem intra 20.dies,vel âlios intra 30 recusare potest, non verô postea,sed hodie recusatio iudicis permititur, vsque ad pronuntiationem sentētiæ, propter quam recusationem ordinarius associatur, vel alius delegatur, vt in authent.de executoribus,§. fin. collat.7.constitut.7. & in authent.& consequenter,C. de sentent. & interlocution. & in authent. offeratur, C. de litis contestatione,l.1.tit.16.lib.4. Recopil. ibi Azeu. Couarr. in pract. quest cap. 26.num.1. cum. seqq. Paz in praxi tom.1.par.1. tempore 10.n. 18 vsque ad 25.

Libellus offerendus est vocato in 31
iudicium, & danda dilatio 20.dierū ad deliberandum,an cedat, vel contendat, vt in authent de exhibend. & intruducem reis,§ sancimus,vbi Angel numer 9. & in authent. offeratur, vbi gloss. viginti dierum, ff. de litis contestat.& in decreto 3.quæst.3. sed hodie ex lege regia tantum 9. dies cō ceduntur,vt in l.1.tit.4.lib.4.Recop. Gutierr.lib.1.quæstio ciuili,quæst.46 vsque ad 51.Paz in praxi tom. 1.part. 1.tempore 6 num.44. y 45. Azeued. num.32.dictæ legis 1.tit 4. lib.4.Recopil.

Iudices vniuersi syndicatores, a- 32
pud quod iure administrationis, vel commissionis controuersiæ syndicationis ciuiliter, vel criminaliter ventilantur, sciant quod intra 20. dies præfacta litigia, postquam orta fuerint,debere terminare,vt in l.vnica §. sciant, C.vt omnes iudices,tam ciuiles quam sed hodie causæ omnes syndicationis secretę intra 30. dies, debent terminari in loco administrationis,si proclama syndicationis fuit ibidem facta,sed publicæ demandæ,aliter terminantur,vt in l.23. circa finē, tit.7.lib.3.vbi Azeued.num.12.y 13 Gutierr.lib.1.practic ciuili,quæst.41. Anton.Gom.tom.3.cap.1.num.23. Paz in praxi tom.1.cap.vnico,de syndicatu, ex num.9. Politica de Bobadilla lib.5 cap.1.num.160.cum seqq. & in d.lib.5 cap.3.nu.134.cum seqq. & infra hoc, num. 37.

Exceptiones peremptoriæ,& pre- 33
iudiciales,nec non alię similes exceptiones, atque reconuentiones oppo-

ni

ni debent intra 20. dies sanctione legis realis, vt in l. 1. tit 5. lib 4. Recop. vbi Azeued. gloss. 20. dies, & loca à me citata supra in cap. 1. nu. 4. cui temito.

34 Sententia diffinitiua, pronuntiari debet à iudice, post conclusionem causę intra 20. dies, vt in l. 1. tit. 17. lib. 4 Recopil. vbi Azeued.

De præscriptione 30. dierum.

35 Si pupillus habet prædium, ex quo tributum habet fisco, & non soluerit dictum tributum tempore, quo debet propter quam debebat puniri: pena tamen ei remittitur fauore minoris ætatis si intra 30. dies post soluat. Nã pupillus euadit pœnalis delicti commissi, ipso iure, si postea intra 30. dies soluat, vt in l. Imperatores 7. §. item rescripserunt, ff. de publicanis, & commissi, l. 6. tit. 7. part. 5. vbi gloss. 2. & 3. Et quando minor 25. annis, incurrat pœnam impositam extrahentibus frumentũ vinum, vel rem aliam prohibitam lege, seu statuto, alicuius populli, vide in Anton. Gomez tom. 3. cap. 1. num. 61. Ludouic. Rom. singula. 808. & Franc. Cremens. singul. 29. Auil in cap. 52. prætor. gloss *en la tierra*, num. 10. Didac. Per. in l. 26. vers. sed dubiũ est, tit. 9 lib. 6. ordina. pag. 339. Azeued. in l. 1. tit. 18. lib. 6 Recopilation. num. 3.

36 Si creditor confitetur debitum, sibi iam esse solutum in solidum, vel in partem, & redit instrumentum debitori, vel promisit redere, non præiudicat sibi statim eius confessio, sed post lapsum 30. dierum intra quos poterit opponere exceptionem, non solutæ pecuniæ, vt in l. in contractibus 14. §. ſuper cæteris, vbi gloss. triginta dies, C. de non numerata pecun. vbi quoque Bal. l. 65. tit 18. par. 3. ibi: *Contado*, ibi Greg. Lup & in gloss. 3. l. 72. eius. dem, tituli 18 part. 3. & gloss. 1. in fin. l. 9. tit. 1. part. 5. Anton. Gom. tom. 2. variar. cap. 6. num. 7. in fin. numeri, Zeuallus tom. 1. quæst. 38. num. 8. cum sequentibus, vbi citat Acostam in l. si ex cautione, vers. 4. differentia, nu. 6. & 7. & in vers. peti, in princip. & in vers. 6. & vltima, n. 2. & 4.

Hoc interdictum de itinere actuq; priuato, prohibitorum est, & expectat ad tuendas rusticas seruitutes eundi, vel non eundi. Sed solum spectatur, si hoc annõ vsus est non continue, sed satis est esse vsum 30. diebus: Ex quo infertur: quod qui per 30. dies fuit vsus itineris, vel actus seruitute tuẽdus, erit ea in possessione, & modicum tepus, censendum tempus 30. dierum, vt in l. 1. vers. sue agitur circa princip. & ibi in gloss. modico tempore, ff. de itineri actuque priuato, Bart. in l. sicuti, §. sed si quæratur num. 3. ff. si seruit. vindicet. Iaff. de actioni, 7. §. æquæ, num. 42. 37

Syndicatus causæ intra 30. dies sunt pertractandæ, quibus elapsis, magistratus, & reliqui officiales, non possunt conueniri super occultis causis, quando præconum fuit publicatum: sed secus est de causis ad instantiam partium motis, vt in tot iuribus citatis à Paze in praxi. tom. 1 p. 8 in proœmio, cap. vnici, num. 9. cum sequent. & à me supra citati eo in cap. de præscriptione 20. dierum, n. 32. 38

Si Princeps præscribat, vel iubeat: aliquem crudelius quam consueuit puniri, vel condemnari, non debet iudex statim illum puniri, imõ debet differre condemnationem, vsque ad 30. dies, vt interim videat si Princeps pœnam relaxat, quibus elapsis condemnari debet, l. si vindicari 20. C. de pœnis Cepola in cautela 2. num. 5. Didacus Perez in l. 13. tit. 19. lib. 9. ordin. Couarr lib. 2 variar. capit. 8 num. 1. vers. secundo infertur, & in regula peccatum, part. 1. in princip. num. 5 l. 29. & 30. tit. 18. p. 3. & l. 4. tit. 14 lib. 4. Recopil. & in l. 1. tit. 4. libr. 2 Recopilat. & Montalu. in gloss. fin. col. 33. ante medium, 39

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

dium, in l. fin. tit. 6. libr. 3. fori, Didac. Perez glos. 2 column. 1. post medium l. 7. tit. 14. lib. 3. ordinam. Azeued. in l. 4. tit. 14. lib. 4. num. 24. & in l. 3. tit. 18. lib. 8. Recop. in princip. Et de inceps, Gama quæst. 1. num. 12. & in cap. cum apud thessalonicens. 11. quæst. 3 quod vide Auiles in ca. 17. prætorum, glos. *mandamientos*, nu. 19. Grammat. voto 32. num. 13. y siguientes, Politica de Bobadilla lib. 2. cap. 10. num. 17. cum pluribus aliis eiusdem capitis, quos ad id te videre oportet.

40 Inuentarium hæres incipere debet intra 30. dies post apertas tabulas, vel postquam nota fuerit ei apertura tabularum, vel delatam, idest additam sibi abinteſtato hæreditatem cognouerit: & hoc inuentarium intra alios 60. dies modis omnibus impleatur, vt in l. scimus 22. §. sin autem dubius, C. de iure deliberand. l. 5. ibi, *treynta dias*, tit. 6. part. 6. Ayora de part. part. 1 cap. 2. num. 15. Speculo testamentor. glos. 35 num. 26. cum sequentibus, Guid. Papa in decisioni, quæst. 871. num. 1. vbi disputat hanc quæstionē, Molina de iustit. & iure, disputa. 218. tomo 1. de testament. Velasc. consul. tat. 52. nu. 5. cum sequentibus, & nos sup. nu. 58.

41 Appellans, debet afferre appellationem in scriptis, & petere Appostolos intra 30. dies, alioquin non stabitur eius appellationi: & iudices debent appellationes recipere, & Appostolos intra 30. dies à die latę sententiæ numerandos appellantibus dare, vt in l. iudicibus 24. & in l præses 5. C. de appellation. cap. ab eo vbi glos. trigin ta dies de appellat. lib. 6. & in glo. tempore, clement. quamuis de appellat. Sed hodie de iure seculare intra trigin ta dies, vt in l. 26. vbi glos. *dia*, tit. 23. part. 3. & in l. 2. glos. 2. & 3. tit. 15. lib. 2. fori, Marantade ordine iudic. § appellat. num. 208. cum seqq. Azeued. in l. 2. tit. 18. lib. 4. Recopil. num. 18. Sed de iure canonico intra mensem, debet Notarius actorum copiam appellanti dare iusta mercede accepta, iusta Concilium Trident. sess. 24. capit. 20. in fin. Paz in praxi tom. 2. part. 5. cap. vnico, de appellat. num. 6. & 7.

Appellans debet secum libellis dimissorijs, idest cum testimonio appellationis coram Metropolitano se presentare intra 30. dies à die appellationis de iure canonico, & coram Nuntio intra 60. dies, & coram summo Pontifice intra annū, vt nos diximus, in nostra praxi Ecclesiastica, lib. 7. ca. 3. num 3. fol. 175. vbi in margine, litera B. iura ad probantia citauimus. 42

Actio autē legis Aquiliæ, ex tertio capite datus domino, aduersus eū qui dolo, culpa, vel iniuria vulnerauerit, fregit, rupit, aut læsit, Seruum quadrupem, vel alias res ad hoc, quod resarciat damnum, & æstimationem, in quantum in diebus 30. proximis res fuerit æstimata, vt in l. si seruus seruū, §. tertio capite, ff. ad legem Aquil. & in l. 1. & 2. C. eodem titulo, & in § capite tertio, instit. ad l. Aquil. & in l. 18. tit. 15. p. 7. vbi glos. 2. 3. & 4. Pichard. in dict. §. tertio capite iam citato, n. 8. Paz in praxi tom. 3 capit. 4. §. 1. num. 43. 43

Non est quis ad iudicem transmittendus ante quam 30. dierum spatiū, eidem reo accusato est disponendam familiam sua assignetur, vt in l. nullus 2. C. de exhibend. & transmittendis, & siquis exeundus est à Regno, vel alia Prouincia, gaudebit spatio 30 dierum intra quos tenetur exire, & dubū tur ei victualia pro sua pecunia, l. 10. tit 25. p. 4. in verbo, *treynta dias*, l. 38. stylli, vbi Paz num. 31. 44

Cum res inmobiles morum 25 annor. vel Ecclesiarum, seu aliorum, locorum, piorum, vel ciuitatum, populorumque aliorum, præcedentem informatione vtilitatis, venduntur debent in subhastatione publicem per 30 dies preconari per precones continuos, & non interpollatos, vt in l. 60 tit. 18. 45

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tit. 18. part. 3. vbi gloss. *en almoneda*, & Gutierr. de tutell. part. 2 cap 5 per totum Monterroso in 7. tractatu, *en la practica de la venta de los menores*, Ribera in part. 1. fol. 35. Anton. Gom. tomo 2. cap. 14. num. 13.

De præscriptione 40. dierum.

46 Præscriptio 40. dierum currit contra appellantem, si non præsentauit se cum testimonio appellationis, coram superiori iudice quando appellans moratur extra portus, secundus si intra, quia tunc intra 15. dies debet se cum dicto testimonio presentare, vt in l. 2. titul. 18. lib. 4. Recopillation. & nos iam supra diximus in capite de exceptionibus contra appellationes.

De præscriptione 50. dierum.

47 Qui voluerint se excusare ab honer. administrationi tutellæ, vel curæ ab ipsa datione, non debent appellare, imô intra 50. dies continuos connumerandos, ex quo nouerunt se datos esse tutores, excusationes sibi cõpetentes debent coram iudice proponere cuiuscumque generis sint, hoc est, siue à testatore, siue â lege, siue â iudice dati fuerint, vt in §. qui autem, vbi gloss. intra quinquaginta dies instit. de excusatione tutorum, vbi Pichardus pro duos numeros, l. 4. titul. 17. part. 6. vbi gloss. *cinquenta dias.*

48 Iudices omnes, tam ciuiles, quam militares, post depositam administrationem officij, per 50. dies in ciuitatibus, vel locis in quibus administrauerunt per maneant, & absis non recedant, sed hodie per 30. dies tantum debent permanere, & residentiam facere, vt in l. 1 C. vt omnes iudices, tã ciuiles, quam militares, & nos supra diximus eo in capite, numer. 32. y 37.

De præscriptione 60 dierum, vere supra de præscriptione duorum mensium.

Contra ludentes ad ludos prohi- 49
bitos procedi, non potest per iudices post 60. dies, idest post duos menses lapsos, etiam si ludentes confiterentur lusisse, & hoc tempus currit â die ludi, non vero â die scientiæ, sed hoc procedit in laicis, secundus in Ecclesiasticis, quia iudices Ecclesiastici possunt procedere, extra duos menses contra clericos, vt in l. 1. tit. 7. lib. 8. Recopillation. vbi Azeued. pro 8 numeros, Gutierr. in practic. ciuil quæst. 89. lib. 2. num. 2. Auendañus de exequendis, part. 2. cap 9 num. 6. cũ sequentibus, Politica de Bobadill. libr. 2. cap. 13. num. 19.

Quamuis nullitatis exceptio de 50
iure communi perpetim poterat opponi, hodie ex nostro iure Regio intra 60. dies tantum â die intimationis sententiæ opponi potest, sed si hęc nullitas euenit, ex defectu iurisdictionis iudicis incompetentis, etiam post 60. dies, & in quolibet tempore poterit opponi, & impediet executionem sententiarum, etiam si fuerint tres conformes, vt probauimus in cap. de exceptionibus aduersus sententias, num. 55. 57. & 58. quibus te remitto, nec iura illa iterum hic repetamus.

Si fidei iussor, qui fidei iusit pro 51
alio detrahendo eum ad iudicium, sine termini assignatione. Tunc si creditor non pecit contra fidei iussorem, quod exhibat reum, & eum tradat iudicio, vsque ad duos menses liberatur pro lapsum dictorum duorum mensium tempus â fidei iusione illa, nisi fidei iussor interceſsit super re, vel pacto Regis, vel cõmunitatis, quia tũc, vsque ad tres annos fidei iussor tenetur, non vltra hiſtione ista rũ, duarũ, prescriptionũ duorũ mẽsiũ

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

& annorum trium, vt in l. 19. gloss. 5. & 6. titul. 12. partit. 5 Antonius Gomez, tomo 2. variarum, capit. 13. numer. 10. sed hodie aliter dispo nitur, in l. 10. titul. 16. lib. 5. Recopillation. vbi Azeued. num. 4.

52 Si quid ita venierit, vt nisi placuerit intra præfinitum tempus redhibea tur, ea conuentio rata habetur. Si autem de tempore, nihil conuenerit in factum actio, intra 60. dies vtiles accommodatur emptori ad redhibendum, vltra non si vero conuenerit, vt in perpetuum redhibitio fiat, puto hanc conuentionem valere. Item si tempus 60. dierum præfinitum redhibitioni preterierit causa cognita iudicium dabitur, vt in l. quod si nollit 31. §. quid si ita venieret, circa finem, ff. de ædelictio ædicto, Bart. in l. si quis arbitratu, num. 8. ff. de verbor. obligationib. & in l. nemo potest, numer. 9. cum sequenti, ff. de legat. 1. & ex Antonio Gomez, tomo 2. capit. 2. numer. 19. in fine, Gregorius Lupus in gloss. 8. legis 8. titul. 11. partit. 5. vbi id dicit. Si ego dico, quod vendo tibi rem pro decem si tibi placet, quod debet statim aceptare, ita quod si non statim, sed die sequenti dicas tibi placere, non tibi prodesse, quia placere, vel displicere debet intra tempus sibi assignatum, Lasarte de gabell. in loco citato, per Azeued. in l. 1. tit. 17. lib. 9. Recopillation. numer. 138. y num. 139. qui dicit: quod non non debetur gabella si displicuerit intra 60. dies, vel aliud tempus, sibi cõstitutum, & rem redhibeat venditori, vt Iasso in l. si quis arbitratu, num. 24. ff. de verb. oblig.

53 Præscriptio 60. dierum, datur nomine ornamentorum non præstitorum ad iumenta redhibenda, vt in l. ædiles sciunt 38. ff. de ædelictio ædicto, quæ ita se habet ædiles aiunt, qui iumenta vendunt Pallam recte dicuntur, quid in quocumque eorum morbi vitiúque sit, prout sicut optime ornamenta, vt sella, fræno, & similibus ornamentis vendendi causa fuerint, ita emptoribus tradantur, nisi fuerint excepta, si quid ita factum non erit de ornamentis restituendis iumentisve, ornamentorum nomine redhibendis in diebus 60. & Iasso de actionib. §. actionum, numer. 58. cum sequentibus, Antonius Gomez, tom. 2. capit. 2. numer. 15. & si æqui venditur cum sella, frenum, & alia ornamenta, an videatur vendi simul cum dicto æquo, vere Didac. Perez in l. 2. tit. 7. lib. 5. ordinament. gloss. 1. pagin. 192. in medio, versic. dubitatur, Lasarte de decim. vendit. cap. 20. num. 27. Azeued. in l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopillat. num. 24. cum sequẽtibus, vbi plures alios citat.

Maritus intra 60. dies vtiles iure 54
mariti potest accusare adulterum, & nec timeat accusari de calumnia si probat, quod facile erit, sibi probare, scilicet, per quæstionem seruorum, vt in l. iure mariti 6. cum gloss. ibi, C. ad l. Iuliam de adulter. l. 3. ibi: *Hasta sesenta dias*, tit. 17. part. 7. Anton. Gomez, l. 80. Tauri, num. 49. & per quinquenium præscribitur ista accusatio, & vlterius maritus, non poterit facere istam accusationem contra mulierem, vt in l. mariti, §. præterea, & §. quinquenium, ff. ad l. Iul. de adulter.

Actor ante quam in producendo 55
libello audiatur, cabere debet de contestando litem intra duos menses, & si non fecerit omnes expensas, & omne damnum reo refarcire tenetur, vt in authentic. libellum, C. de litis contest. & in authentic. vnde sumitur, Lasso in §. triplici vero, num. 61. de actionib. sed hoc raro, seu nunquam practicatur hodie.

Clericus, nec ciuiliter, nec crimina- 56
liter poterit conueniri, nisi corã Episcopo, sed in criminali graui committitur iudici sæculari, sed non fit in eo executio, ante quam degradetur, & inciuili, vltra duos menses

non

non egrediatur lis, vt in authentic. clericus, & in authentic. statuimus, C. de Episcop. & clericis.

Fidei iussor promitens alium exhibere, vel sistere in iudicio, sine scriptura liberatur, per lapsum duorum mẽsium, quibus actor negligens fuit, sed hoc in causa priuata, secundus in causa publica, quia perpetuo tenetur, vt in l. si fidei iussor, 27. C. de fidei iussor. & mandat. l. 19. glos. 5. titul. 12. part. 5.

De præscriptione 80. dierum.

Terminus probationis intra portus præscribitur pro 80. dies, sed vltra portus, per 120. dies, & si & vltra mare, per sex mensium, vt in l. 1. cum sequentibus, titul. 6. lib. 4. Recopillation.

De præscriptione duorum mensium, vere supra, de præscriptione 60. dierum.

Serui adulteræ, intra duos menses manumitti non possunt, etiam mortua adultera, propter tormentorum quæstionem, si opus exegerit eis imponenda, quia duratur post mortem, quęstio adulterij, propter dotem, post autem duos menses isti possunt manumitti, & subtrahi quæstioni, nisi per subterfugia adulterij, istud tempus sit elapsum, vt in l. libertatem 36. C. de adulterijs, vbi Bald. & ibidem in glossa diffiniunt, l. 10. vbi gloss. 6. cum sequentibus, tit. 17. part. 7.

Hæres dubius, de viribus hæreditatis, si vellit caute agere, vt non teneatur vltra vires hæreditarias, debet conficere inuentarium intra trium mensium spacium, ex quo ei cognitum fuerit scriptum se esse, vel vocatum hæredem, vt in l. scimus 22. §. similique modo, vbi gloss. mensium, C. de iure deliberandi, quam sequentur, Bartul. & Iasso, & Guido Pap. quęstion 351. & Angel. in authentic. de hæredibus, & falsi, §. si vero expressum, & nos supra diximus de præscriptione 30. dierum, num. 39.

Si ancilla hoc pacto venditur, vt ea manumittatur, cum primum potuerit emptor, tunc modicum tempus expectatur, & si dictum fuit, cum voluerit in hoc casu inspicitur mors emptoris, nam si inuita non manumisit, manebit libera post mortem emptoris. Si autem non apparet, quid sit actum, hoc in casu si ancilla, & emptor sunt presentes expectabitur tempus duorum mensium, sed si ancilla est absens, tunc tempus quatuor mensium, intra quos si emptor non manumisserit, ancilla efficitur libera, vt in l. Latina 9. ff. qui sine manum. ad libertatem perueni, Gamma in decisione 327. & ibidem in addictione Sarmient. lib. 2. selectarum, capit. 11. numer. 23. l. 45. vbi Gregorius, titul. 5. partit. 5. Antonius Gomez, tomo 3. capit. 8. numer. 5. vbi probatur: quod quando aliquid relinquitur in beneplacitum, vel voluntatem alterius, & ille sua inuita eam non declarauit, videatur declarasse post mortem eius, quia tum cum corpore voluntas cessat.

Debitor fisci conuentus â fisco, potest opponere compensationem de eo quod fiscus ei debet, si hoc debitum probet intra duos menses, vt in l. aufertur 46. ff. de iure fisci, & in l. vltima, C. de compens. Iasso de actionib. in §. in bonæ fidei, numer. 72. cum sequentibus, vbi hoc optime declaratur, l. 26. titul. 14. partit. 5. vbi gloss. 2. Bartul. in authentic. de collation. numer. 3. Lassarte de gabellis, capit. 18. numer. 86. Azeuedus in l. 5. titul. 7. lib. 9. Recopillation. numer. 3. qui in eo numero dicit vtrum compensatio possit opponi exactori gabellarum.

62 Si debitor fiscalis conuenitur, potest petere dilationem, ad inuenien-
dam pecuniam, & si est modice summæ dilationem, negari non placuit,
sed non plus quàm per duos menses,
& si fuerit magnæ summæ, debitor
vsque ad tres menses, potest dilatio da
ri per iudicem causæ, & non maior,
nisi â Principe concedatur, vt in l.
in fraudem 45. §. fiscalibus, ff. de
iure fisci, vbi gloss. Iasso de actioni-
bus, §. in bonæ fidei, numer. 73. an-
te medium, Azeuedus in l. 6. ti-
tul. 10. libr. 9. Recopillation. nu-
mer. 2.

63 Emphyteuta meliorationes, vel
ius, quod habet in re emphyteuta
post denuntiationem venditionis do
mino factam, potest vendere, & si do-
minus vellit tantum dare, quantum
alius ille preferatur, & si intra duos
menses dominus nollit emere, po-
tero vendere, cuicunque voluero,
his tamen personis, quæ non so-
lent in emphyteuticis contractibus
vetari ad huiusmodi venit emptio-
nem, vt in l. cum dubitatur 3. C. de
iure emphyteut. Bartul. in l. non so-
lum, §. morte, num. 26. in medio,
ff. de operis nuntiation. & in l. qui
Romæ, §. cohæredes, numer. 2. ff.
de verbor. obligationib. & in l. ita
stipulatus, numer. 40. & 45. eodem
titulo, l. fin. titul. 8. part. 5. vbi gloss.
8. Nauarrus in Manuali, 3. tomo
capit. 17. num. 192. Lara de aniuer-
sarijs, lib. 1. cap. 19. in princip. & de
inceps.

64 Instantia causæ criminalis, licet de
iure communi durat bienium, vt in
l. properandum in princip. C. de iudi-
cijs, & in l. fin. C. vt intra certum
temp. & ciuilis trienio: tamen quan-
do causa criminalis cum clerico est,
non durat, nisi duobus mensibus, &
sic in hoc lex illa corrigitur, vt
in authentic. vt clerici, apud pro-
pios Episcop. §. si tamen de crimini-
bus.

De præscriptione duorum mensium, vide in præscriptione 60. die- 65
rum, supra, & conuersos.

De præscriptione trium mensium.

Contra capitulum, non eligen- 66
tem intra tres menses currit præs-
criptio trium mensium, quia Eccle-
sia Cathedralis, vel regularis, vltra
3. menses prælato vacare, non debet,
& si impedimento iusto cessante, ele-
ctio prælati celebrata, non fuerit ele-
ctores careant ea pro vice potestate
eligendi, & illa potestas eligendi ad
proximum superiorem transferatur,
& ille intra alios 3. menses eligat,
vt in capit. ne pro defectu 41. &
in capit. finali, extra de election.
& in iuribus citatis in glosis ibi-
dem.

Prælatus electus intra 3. men- 67
ses, post electionem debet petere
consecrationem, alias contra eum
currit hæc præscriptio, vt in capit.
quoniam distinction. 100. l. 10. vbi
gloss. 4 cum sequentibus, titul. 5. par-
tit. 1. & in l. 17. eiusdem tituli, &
in l. 8. in fine, vbi gloss. 5. titul. 16.
partit. 1. & nos supra vide ea in pra-
xi, lib. 1. capit. 6. numer. 1. 2. &. 3.
pagin. 19. vbi plura alia iura citaui-
mus, & diximus, quod obseruatur in
praxi.

Maritus, si mortua vxore in- 68
tra 3. menses, non opposuerit ex-
ceptionem, non numeratæ dotis cur-
rit contra eum, hæc præscriptio
trium mensium, quando matri-
monium durauit vltra bienium,
& non excedit decennium, vt in
authentic. de tempore non solutæ
dotis, & in authentic. quod locum,
C. de dote cauta non numerat. vbi
Doctores ordinamunt. & Iasso in
§. fuerat, numer. 81. vbi dicitur:
an quis possit renuntiare excep-
tioni non numeratæ dotis, Thom.
Sanchez de matrimonio, lib. 6 disput-
tation.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tation. 9. & ego in meo ęrario iuris in tit. de dote cauta non numer. num. 5. & 6.

68 Pars vna, postquam renuntiauerit allegationibus alia pars cogi debet, intra triginta dies proponere, quidquid vellit, & sic hoc non fecerit ad omnem eius malitiam superandam, tres menses dari debent, quibus elapsis iudex debet ferre sententiam legibus consonantem, vt in authentic. vt cũ de appellat. cognoci, §. sed & hoc presenti, ibi, ita vt si vsque ad prædictos tres menses, & in authentic. iuuemus, vbi gloss. tres menses, C. de iudicijs.

69 Nuntiatur noui operis, si paratus sit statim de suo iure docere, debet audiri, & de causa cognosci, & intra tres menses terminari, quibus peractis auditur ędificatur si offerat satisdationem de opere demoliendo, vt in l. 1. C. de noui operis nuntiation. vbi gloss & Doctores, ibi, intra trium mensium spacium causam dirimere, l. 9. titul. 32 partit. 3. ibi: *Fasta tres meses*, vbi Gregorius Lopez, dicit: quomodo, & ex quando currant isti tres menses, Ant. Gom. l. 46. Tauri, num. 34. cum sequentibus.

70 Debitor fisci, debet petere dilationem intra tres menses in maioribus causis, non vero post, quia hæc præsceiptio trium mensium, currit conrra eum, vt in l. in fraudem, §. fiscalibus, ff. de iure fisci.

71 Dilatio probatoria danda est, & moderanda secundum locorum distantiam, nec est in potestate iudicis dare, vel negare, & regulariter non datur nisi, vsque ad tres menses, vt in l. 1. C. de dilation. ibi, non amplius, quam tres menses indulgeatur, sed hodie, vide, l. 1. titul. 6. liq. 4. Recopillat. quæ dilationes ponit.

De præscriptione 4 mensium.

Socius si nomine communi refece 72
rit domum, vel aliud commune ædificium, potest agere, & exigere contra socium, ad sumptus pro rata, vel per quatuor menses expectare, intra quos si sumptus, sibi pro rata non fuerint redditi dominium, totius domus, sibi vindicare poterit, vt in l. si vt propis 4. C. de ædiffic. priuator. ibi, nec intra quatuor mensium tempora, & in l. cum duobus, §. idem ff. pro socio, lasso de actionib. §. sequens, numer. 48. l 26. titul. 32. part. 3. vbi Gregorius Lupus, l. 5 titul. 4. lib. 3. fori, vbi Montaluus, Ioannes Garcia de expensis, capit. 19. numer. 14. & 19. Pichard. in § item si inter aliquos, numer 7. institut. de obligation. quæ ex quasi contractu, Cardosius in praxi iudic. §. ædificare.

Clerici qui non coguntur ad tutel 73
lam, sed sponte recipiuntur ad ipsam debent voluntatem suam intra quatuor menses declarari inscriptis, & si quis autem sic fecerit, idest, declarauerit, nullum ex hoc præiudicium circa alienam tutellam, vel curam patiatur, & Episcopi, vel Monachi tutellam alicuius personæ subire non permitimus, & clerici tamen constituti, in minoribus ordinibus sunt inmunes â tutellis, & muneribus personalibus, vt in authentic. de sanct. Episcop. §. deo autem amabiles, & in authentic. presbyteros diaconos 51. & in l. presbyteros diaconos 6 C. de Episcopis, & clericis, Ioannes Gutierr de tutell. part. 1. cap. 1. num. 26. cum sequentibus, l. 14. vbi gloss. 1. cum quatuor sequentibus, tit. 16. part. 6. & in l. 45 in fine tit 6. part. 2. & quod mater non cogitur ad tutellam filiorum, nisi quando vult, vt in gloss. 1. & 2.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

l.95.tit.18.part.3. Didac Perez in l.1. tit.3.lib.1.ordinam.gloss.1.column. 60 ante medium.

74 Tutoribus, & curatoribus, spaciũ quinquaginta dierum ad præponendas in iudicio excusationes statutum est, sed quatuor menses continui â die nominationis, & scientiæ, ad litis instantiam finiendam constituti sunt, nisi prosequentes contradicant, aut facto aduersari sint impediti, vt in l. quinquaginta dierum 38.ff.de excusation.tutor.& in l. quinquaginta 6.C. eod.tit de excusation.tutorum, l. 4. tit.17.part 6.vbi Gregor.Angelus in § fin.num.3.instit. hoc tit. Matienç. in l.14.tit.4.gloss.1.num. 15. in medio, Pichard. in §.18.instit.de excusatione tutorum.

De præscriptione 6.mensium.

75 Redhibitoria actio animalium, vel aliarum rerum intra 6. menses, vtiles intentari debet, quando emptor vitium supine ignorauit aliâs si sciuit non agit, vt in l. 1. & in l. sciendum 19 ff.de ædilitio ædicto, §.tempus cuius verba, ita se habent. Tempus autẽ redhibitionis sex menses, vtiles habet. Si autem mancipium non redhibeatur, sed quanto minoris agatur annus vtilis est, sed tempus redhibitionis ex die venditionis currit, & in l. cũ sex, ff.eod.tit.& in l.2.C eiusdem, ibi, sex mensium concordat l.65.tit. 5. part. 5.vbi Gregor Lup. benè hoc declarat, Anton. Gom.tomo 2.variar.cap. 2.num.48. Paz in praxi, tom. 3. cap. 6.§.1.num.3 fol.42.Molin. de iustit. & iur.disputation.353. Morla in emporio iur.tit.9.de contrahentio, numer.41.cum sequentibus, Parlador. in sexquicenturia differentia, 56. numer.1.cum sequentibus, Laborintio de contractos, lib.1.cap.13.

76 Beneficiorum collatio, intra 6. menses fieri debet, aliâs hæc præscriptio currit contra non conferentem, nam post dictos 6.menses deuoluitur collatio ad superiorem, quia post tempus illud lapsum, non possunt eligere qui fuerunt negligentes, sed hoc tempus 6.mensium currit â tempore notitiæ, non verô â tempore vacationis ex ea ratione, quia tempus non currit ignoranti, vt in cap.licet Magister 3.in ordine, ibi tempore semestri, de suplen. negligent.prælatorũ, & in cap nulla, 2. ibi, sed intra sex menses, vbi iura in gloss.ibidem citata, de concessione prębend. & in cap. demulta de præbend.ibi, si vltra sex menses cõferre distulerit, l 8.ibi: *Seis meses*, titul. 16.part.1, vbi gloss.2. & 4. & l.10.ibi. *Hasta seis meses*, tit. 5. part. 1. hoc vero tempus requiritur in collatione beneficij, & tres menses in Episcopatibus.

Præscriptio sex mensium, curritin 77 expectatione absentium, cum agitur de spirituali coniungio contrahẽdo, sicuti quando aliquis absens electus est in prælatum: quia ille habere debet sex menses, vel plus, vel minus secundum, quod visum fuerit superiori, vt in cap.quoniã frequenter 5.in §. si vero aliter, vbi iura in gloss.canonibus, extra vt litem non contestat. & in cap.cum inter 21.ibi, quasi coniugali ibidem quoque, gloss.extra de electione, & in cap.inter spiritualia 2. de trãslatione Episcopi.

Hæreditas addiri debet intra 6.mẽ 78 ses, vel annum, & quando filius elicit exhæredatus querella exheredationis currit ab isto tẽpore, si in eadem prouintia comoratur, & est hæres scriptus in testamento, vt in l. scimus 36. § sancimus ibi, intra sex menses spatium, C. de inofficios. testam. vbi Paulus, & alij.

Si alterutra pars litigãtium ad pro 79 ducendum testes, vel instrumenta ad probationem litis dilationem, sibi cõcedi à iudice postulauerit, si lis est in prouintijs continentibus 6 mensium, dilatio concedenda illi est, & si fuerit in eadem Prouintia trium mensium tan-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

tantum, vt in l. 1. ibi, si vero ex continentibus prouintijs sex menses, custodiri iustitiæ est, C. de dilation. & supra diximus in præscriptione trium mensium, num. 70.

80 Iusta causa manumittẽdi est, quando quis vult manumittere ancillam, vt eam ducat vxorem, nam in isto casu minori 25. annis ancillam suam manumittere permittitur, si intra 6. menses à tempore manumissionis connumerandos vxorem ducat, nisi aliqua iusta causa super veniens matrimonii impediat, vt in §. iuste autem, institut. de manumis. & in l. si collectanus in fine, ff. de manum. vind.

81 Adultera potest accusari de adulterio, intra 6. menses vtiles, & aut remanet vidua, & tunc incipiunt 6. menses currere ex die commissi criminis, vt in l. mariti lenocinium 29. ff. ad l. Iuliam, de adulter Gregor. Lop in glos. 3. in fine, l. 2 tit. 17 part. 7 ibi, sed quæro, & in l. 3. glos. 5 d. tit. 17. part 7.

82 Actio realis, & personalis, & etiam hyppothecaria sex mensibus tollitur, & sic antiquus dominus, vel alius pretendens prędium, sibi aliquo titulo deberi, vel obligatum esse, intra 6. mẽses recuperabit illud satisfaciendo expensas melioratiõnis, vltra quod tempus nemo auditur, & accipiens est securus, vt in l. apud fin. C. de censibus, & censitoribus, ibi verum, vbi Doctores ordin. Ioannes Garc. de nobilitate, glos. 6. num. 11.

83 Si legatum fuit alicui factum de fundo in diem, vel sub conditione, & hæres de restituendo illud, illi die adueniente, vel conditione satisdare noluerit, propter eius primam contumatiam fit legatario missio in bonis hęreditatis, & post sex menses in bonis hæredis, vt in l. certa 6. ibi, post sex menses, qui peti ceperit, C. vt in possessiõn. legatorum, vel fideicom.

De præscriptione 9. mensium.

84 Si dilatio probationis alicui, ex litigantibus concedenda sit, vltra mare 9. mensium est danda, vt in l. 1. C. de dilation. ibi, in transmarina autem dilatione nouem menses computari oportet, & non amplius. & glos. ibidem nouem menses, l. 53. in fine, ibi: *Nueue meses*, tit. 16. part. 3. sed hodie, pro l. Recopillat. 6. menses concedũtur, vt in l. 1. tit. 6. lib. 4 Recopillat. & ibidem in l. 3. Gutierr. in practic. ciuil. lib. 1. quæst. 55. & 56. Azeued. in l. 1. ex num. 14. & in l. 3. tit. 6. lib. 4 Recopillat. Paz in praxi, tempore 8. num. 37. cum sequentibus, Pichardus in 5. præceptum manuductionum, num. 4. & ego de dilationibus in Codice, num. 5. & 24.

Deliberandi tempus, quod hodie, 85
non est necessarium, volentibus solemniter facere inuentarium, est tempus anni, quando impetratur à Principe, sed quando impetratur â iudice, est tempus nouem mensium, nec sæpius conceditur, vt in l. scimus 22. §. & hæc quidem, vbi glos. nouem mẽsibus, C. de iure deliberandi, l. 2. ibi: *Nueue meses*, tit. 6. part. 6.

De præscriptione vnius anni.

Iniuriarum actio, expirat, & præs- 86
cribitur per lapsum anni, taliter quod si iniuriatus suam iniuriam dęsimulat, absque accusatione per annum vnum videtur iniuriam remisisse, vt in l. si non conuincij 5 in ordine, C. de iniurijs, cum glos. & in l. non solum, §. iniuriam, ff. de iniurijs, Rota in decision. 240. quę hodie est 2. vbi probatur hic annus esse continus, & incipere â die latæ ipsius iniuriç, & in l. 22. tit. 9 part. 7. vbi glos. 1. & 2. Pichard. in §. hæc actio 12. num. 5. & 14. instit. de iniuris, Anton. Gom. tom. 3 cap. 6 num 15. Iulius Clar. in §. iniuria, numer. 9. Azeued in l. 2 tit. 10. lib. 8. Recopillat. num. 189. Syluester in summa, § iniuria, num. 10. Specul. de iniuris, §. 1. num. 10.

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

87 Ex quanti minoris actione, agit emptor, infra annum ad pretij diminutionem, nam per hoc tempus præscribitur hæc actio quanti minoris, & datur cum quis emit animal, velli seruum morbosum, seu vitiosum, qui propter morbum, vel vitium, minus valet, quam emptus sit, & datur actio ad repetendum, id quod minus valet, propter vitium, vel morbum, quod tempore emptionis habebat, si venditor sciebat, & emptori non manifestauit, vt in l. sciendum, §. vltimo ibi: sed quanti minoris agatur annum, vtilis est. ff. de ędelicto ædicto, & in l. si tamen 48. §. non nocebit, ff. eiusdem tituli, & in l. 2. C. de ædelitijs actio, ibi, vel quanti minoris anno, Speculator in tit. de rescindenda emptione, & vendi, §. nunc dicendum, versiculo est, & alia actio, num. 4. Sylvester in summa, §. emptio, num. 21. & 22. l. 64. y 65. tit. 5. part. 5. Anton. Gom. tom. 2. cap. 2. num. 48. Molin. de iustitia, & iure, disputat. 353. Paz in praxi, tom. 3. cap. 6. §. 1. num. 3. Morla, emporio iuris, in titul. de contrahenda emption. num. 44. Parladorus in sex quicenturia, differentia 56. ego super Codice in titul. de actio redhitoria, num. 12. cum alijs.

88 Dotis ex actio, intra annum post solutum matrimonium computandum in rebus mobilibus, vel semouẽtibus, vel in corporalibus celebranda est, vt in l. 1. §. ex actio, C. de rei vxoriæ actione, vbi Doctores ordinam. & in l. 31. ibi: *Fasta vn año*, vbi gloss. 2. & 3. tit. 11. par. 4. cuius verba ea sunt. *Mas si fuere la dote de cosa mueble, aunque sea estimada, deue ser entregada fasta vn año, desde que el matrimonio fue disuelto*, sed quando res dotales inmobiles sunt, statim sunt restituendæ, Anton. Gom. in l. 50. Tauri, num. 46. cum sequentibus, qui dicit, quod si terminus sit posítus à partibus intra quem debeat dos restitui ille obseruãdus erit, & idem in num. 47. quærit, & resoluit an in tempore in quo non soluitur dos rerum dotalium maritus, vel hæredes lucrentur fructus, & an maritus, & eius filij soluto matrimonio teneantur satisdare, de dote restituenda aduenientę termino, & dilatione legali ipsis concessa ad solutionem dotis dicit, vt in l. si constante, §. quoties, ff. soluto matrimonio, vbi Bart. & Doctores, Ioannes Gutierr. de iuram. confirmator. part. 1. cap. 21. numer. 7. & melius in num. 8. & quod instrumentum publico de dote promissa, seu recepta restituenda producat executionem, ait Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. fin part. 1. §. 11. num. 20. vbi citat plures alios Doctores, Anton Gom. l. 64. Tauri, numer. 6. Speculum testam. glos. 11. numer 69. & 79. & in glos. 14. princip. num. 24. Couarruu de sponsalibus, part. 2. cap. 3. num. 9. & in cap. 6. §. 9. num. 24.

Maritus si dotem mulieris scripsit 89
se recipisse, quam in re vera non receperat, tam ipse quam sui hæredes possunt opponere exceptionem non numeratæ dotis intra annum, post solutionem matrimonij, morte, vel repudio, vel alia legitima causa, non vero postea, vt in l. in dotibus 3. C. de dote cauta non numerata, ibi: ita tamen vt intra annum tantum continuum â morte mulieris, vel mariti, lasso de actionib. §. fuerat, ex num. 74. vsque ad 81. Anton. Gom. in l. 50. Tauri, num. 52.

Actio, quod metus causa, datur ad 60
quadruplum intra annum, si res non restituatur, post annum vero ad simplum, si alia non competit actio, vt in l. si per vim 4. ibi, post annum vero causa cognita, C. de his quæ vi, metus causa, l. 28. tit. 11. par. 5. l. 4 tit. 11. lib. 1. fori, glos. 3.

Creditorum actiones, nec differan 91
tur imo habeant quos conuenire possent, liberis, & parentibus, tam naturaliqus, quam emancipatis impetenda bo-

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca

bonorum possessione, anni spacium datur agnatis vero, & cognatis centum dierum prefinitur, portio autem non petentis pari in gradu acrescit, vel si nullus extiterit per ędictum successorium, qui in sequenti sunt gradu admittuntur, l. 1. respons. 1. ff. de successorio ędict. & ibidem num. finali, & in l. largius, & in l. in suis, ff. de liber. & posthum. & in l. 1. C. quando non pet. parti. acrescat, & in §. cum igitur, institut. de bonorum possession. l. 2. tit. 6. part. 6. Menoch. de arbitrar. lib. 1. casu 1. Pichard. in d. §. cũ igitur, vbi citat Padillam, & alios.

92 De his quæ seruus alienus nescientе domino, vi rapuisse dicitur, intra annum in quadruplum, vi bonorum raptorum, & post in simplum dominus eius noxiali actione, apud competentem iudicem, conueniri potest, vt in l. seruus, C. de noxiali, & in l. in delictis, ff. de noxali actione, & in l. de his 4. C. de vi bonorum raptorum, l. 4. tit. 13. part. 7.

93 Restitutio in integrum dabatur intra annum, illi qui ab fuit causa rei publicæ, vel alia ligitima causa, sed hodie datur quadrienium, & in actione de dolo bienium, vt in l. 1. ibi, intra annum, ff. ex quibus causis maiores 25. anni, & in l. fin. in fine, C. de tempor. in integrum, & in l. vltima, C. de dolo malo, & in l. 10. in fine, vbi glos. fin. tit. 29. part. 2. & in l. 5. vbi glos. 2. d. tit. 29. part. 2.

94 Vnius anni præscriptio currit, attamen contra illum, qui alienauit aliquid causa mutandi iudicium, vt ipse postea habeat, vt in l. item §. 2. ff. de alienatione iudicij.

95 Actio quæ cõpetit de ejectis, & effusis perpetua est forte in eõ, quod continet rei persecutionem annalis, autem est pœnalis, & hæredi competit, & in hæredem vero non datur, quæ autem de eo competit, quod liber per esse diceretur intra annum, dũtaxat competit, vt in l. si vero 5. §

autẽ actio, ff. de his qui effunderunt, & in principio tituli, institut. de perpe. & temporalibus actioni, l. 25. tit. 15. part. 7.

Hæres donatoris â donatario auferre res non potest, quod si facit donatario intra annum tenetur ad quadruplum, post annum in simplum, vt in l. si res 2. C. de vi bonorum raptorum, & tamen rapiens res, sibi obligatas intra annum vtilem, tenetur ad quadruplum, post simplici actione, vt in l. 3. eiusdem tituli, & si nouerca tua res tuas vendidit, & rapuit electionẽ habes, vt eam conuenire possis, intra annum vtilẽ in quadruplum, & post in simplum, vt in l. siue 5. C. de vi bonorum raptorum, l. 3 ibi: *Fasta vn año*, tit. 13. part. 7. Paz in praxi, tomo 3. cap. 4 § 1. num. 29. cum sequentibus, D. Pichard. in principio tituli, institut. de vi bonorum raptorum, num. 2. vbi citat conciuem nostrum, Azenedum, & alios. 96

Si calumniæ causa alicui datur pecunia, vt calumniose ageret contra aliquem ciuiliter, vel criminaliter, vel forte, quod non faceret, datur contra eum actio intra annum in quadruplum, & post annum in simplum, vt in l. 1. ff. de calumniator, cum gloss. lasso in §. omnes, num. 8. & 9. & in §. quadruplum, num. 79. cum alijs de actioni, & in l. 22. tit. 1. part. 7. vbi gloss. 21. Paz in praxi, tom. 3. caput 5. § 5. num. 1. & 2. Pichardus in §. omnes, num. 4. & in §. quadrupli, num. 25. de actionibus. 97

Si præscripsi rem aliquo modo, & vocatus ad iuditium ratione illius rei præscriptæ, non veni, & aduersarius mens, fuit missus in possessionem eius rei, quam præscripseram, possum intra annum recuperare possessionem, si satisdem iudicio sisti, vt in l. si quis emptionem 8. §. sed & si quis, C. de præscription. 30. vel 40. annorum, l. 6. tit. 8. part. 3. vbi gloss. 3. & 4. & l. 21. tit. 29. vbi gloss. 7. part. 3. sed hodie, 98

quam-

quamuis parum practicatur, est lex recentior, la primera del titulo 11. lib. 4. Recopillat. *que pone la forma de los assentamientos*, Gutierr. in practic. quæstion. ciuil. quæst. 46. num. 4 Paz in praxi, tom. 2. part. 2. cap. vnico, num. 45. y 46. cum pluribus alijs.

99 Hæreditas debet addiri, ab hęrede scripsi intra annum, quando degit in diuersis prouincijs, sed quando est in eadem Prouincia, debet addiri intra sex menses commemorandos â morte testatoris, & sic tempus querellæ inofficiosi incipit currere addita hæreditate, quæ debet addiri intra sex mẽses, vel annum, quando filius esset exheredatus, alias habetur pro repudiãte, vt in l. scimus 26. §. illud præterea, circa finem, C. de inofficioso testam.

100 Actio peculi est, quæ datur in patrem, & post mortem filij, durat per annum vtilem, nisi patris iussus interceſſerit, quia tunc pater perpetuo teneretur, vt in l. Macędonani 5 C. ad senat. Macedon. cuius verba ea sunt, sed ex contractu filij, post mortem eius de peculio actio, in patrem competere, ita demum poterit si annij vtilis spatium petitionem non impediet, vbi in dicta lege hoc probatur, quod ex causa studiorum, vel legationis, potest mutuari filiusfamilias, vsque ad debitum modum, & tenetur filius & pater in solidum, ex mutuo vero causa peculari recepto pater, tenetur actione de peculio, tantum quæ post mortem filij durat anno vtili, nisi patris iussus interceſſerit: quia tunc pater perpetuo tenetur, vt tenent Bald. & Salyc. Iasso de actionibus, §. actiones, num. 35. & 42. l. 6. tit. 1. part. 5. vbi gloss. 7. cum sequentibus, Anton. Gomez, tom. 2. cap. 2. column. 3. vers. no no limita, Parladorius in sex qui cencentur. different 12. §. 1. num. 9. cum sequentibus, l. 4. tit. 7. lib. 1. Recopill. Azeued. in l. 22. tit. 11. lib. 5. Recopillation.

101 Vim inferens de eo, quod non peruenit ad eum tenetur vsque ad annũ vtilem, sed hæres eius non tenetur, nisi quãtum ad hæredem peruenit, quia hoc interdictum est annale, vt in l. 2. C. vnde vi, & in l. licet 5. C. de exceptionib.

Creditor intra annum vtilem po- 102
test agere aduersus fraudatorem, in quantum facere potest, quando rem suam in creditoris fraudem alienauit, vt in l. si actu solemni, C. de reuocand. his quę in fraudem creditor. & in l. ait prætor, §. annus, & §. actio, ff. eod. tit.

Inuentarium rerum hæreditatia- 103
rum, si res presto sint intra tres meses debet confici, sed si ab fuerint intra annale spacium, & intra tempus datum ad confectionem inuentarij, nõ potest hæres â creditoribus, vel legatarijs conueniri, & ideô interim tempus agendi creditoribus non currit, vt in l. sancimus fin. §. donec, C. de iure liberand. l. 5. tit. 6 part 6. Roderic. Xuar. in l. post rem iudicat. in declaratione legis Regni, extensione 1. numer. 5. & in limitation 9. num. 1. vbi Baldes, qui citat plures Doctores, Dueñas in regul. 277. sed hodie tu vide Pacem in praxi, tom. 1. part 4. capit. 1. ex num. 41. Parlad. rerum quotid. cap. 1. §. 13. num. 2. fol. 25. Spinas in gloss. 35. in speculo, num. ex num. 46. Zeuall quæst. 608. & 609. & 814. num. 7 Gutierr. de iuramento confirmator. part. 2 cap. 4. num. 19. ego supra de præscriptione 30. dierum in numer. qui incipit inuentarium.

Alia vero præscriptio annij, est de 104
periclitante pro libertate si citatus nõ venit, nam si serui ligitime citati ex ædictis, per annum contumaces fuerint omnimodo seruituti obnoxij erunt, & dominio aduersari subiugũtur perdentes libertatem, vt in l. 1. §. scientes, C. de assertione tollent. ibi, per vnum annum duraberint, vbi glossa.

Legata sunt omnimodo soluenda 105
intra

Universidad Carlos III de Madrid. Biblioteca